Ioannis Antonij Sicci De optimo medico. Ad Victorem Trincavellium medicum optimum. Caput primum libri primi de antiqua medicina ejusdem auctoris. Quæ in margine capita notantur, in Galeni Codicibus, ex nouissima Iuntarum editione requirenda sunt / [Joannes Antonius Siccus].

Contributors

Sicco, Giovanni Antonio.
Trincavello, Vettore, 1496?-1568.

Publication/Creation

Venetiis : [Heirs of Lucantonio A. Giunta], 1551.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/yuxzndde

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

5966/R

A.XXXVI 16/5
56285

IOANNIS ANTONII SICCI DE OPTIMO MEDICO.

AD VICTOREM TRINCAVELLIVM MEDICVM OPTIMVM.

CAPVT PRIMVM LIBRI PRIMI DE ANTIQVA MEDICINA EIVSDEM AVCTORIS.

Quæ in margine Capita notantur, in Galeni Codicibus, ex nouissima Iuntarum editione requirenda sunt.

VENETIIS M. D. LI.

HIERONYMI AMALTHEI
MEDICI EGREGII.

Abſtulerant Arabes ducibus uexilla pelaſgis,
Et ueterem é regno Pæona depulerant.
Nunc Arabum è caſtris Siccus uexilla redemit.
Et ueterem in regnum Pæona reſtituit.

IOANNES ANTONIVS SICCVS VICTORI TRINCAVELLIO OPTIMO MEDICO S. D.

VM ipse mecum sæpenumerò cogitarem, quid esset, cur in scientijs, ingenuisq; artibus, tum præsentibus, tum præteritis seculis, pauci admodum excelluerint, id posse ob id contingere præcipuè visum est, quòd artes ingenuæ, ita alia alij, colligatæ sunt atq; implicatæ, vt absq; iactura nequeant separari. Quis verò adeò et ingenio, et memoria præstat, vt omnes possit scientias adipisci? Proindè hactenus perpauci fuerunt perfecti & optimi oratores: mediocres tamen & nostra, & patrum memoria frequentes extiterunt. Sed quid de medicis dicam? in quibus item requiritur cognitio omnium scientiarum, cùm acri iudicio, atq; singulari probitate coniuncta. Et quidem profert natura perrarò summè præstantes medicos et egregios: queadmodum res etiam pretiosas, non nisi per longiora temporum interualla progignit. ac verò si vnquam aliqui extiterunt, non humanis eos honoribus, sed diuinis antiqui decorarunt. Medicina enim profectò diuina quædam res est: custos sanitatis, morborum propulsatrix, dolorum & cruciatuum lenimen & medela: mulierum in partu, militum in bello solatium: peregrinorum suffragium in itinere: quæ nec in nemoribus, nec in campis, nec in montibus, nec in freto demùm ipso sui est auara auxilij: Eadem contra bestiarum virus, aduersus venena quæcunque, aduersus pestiferam cœli grauitatem, & con-

trà denique omnia corporis mala, siue foris adueniant, siue intus emergant, & excitentur: siue casu, siue consilio, siue errore incidant, opem pollicetur, & porrigit: quæ etiam in nobis emendat nonnunquam naturæ vitia, & senectutem viridiorem atque tardiorem efficit: sine qua nec sanitatem diù tenere, nec morbum citò propulsare licet: immò verò tanta eius vis est, vt non solum corporis valetudini præsit, sed etiam animi perturbationes, & ægritudines sanet. Proinde Machaonem Homerus Podalyriumq; tanti æstimauit, vt eos ab exercitu abesse, vtile non censuerit: quin verò vnum medicum multis heroibus antepofuerit. Cum ergo tot ab arte medica emolumenta proficisci animaduertissem, mecum sæpius cogitaui, qua possem maximè ratione & via adhortari iuuenes ad hæc studia. Ac vero inutile mihi visum non est, proponere illis speciem optimi & prorsus perfecti medici: cuius excellentiam intuentes, admirarentur, & imitarentur, ac ad similitudinem illius dirigerent omnem cogitationem & industriam. Itaq; nostram hãc lucubrationem de optimo medico à nostris libris de antiqua medicina excribi curauimus, vt scirent adolescentes, quid imitando sequi debeant: cuius lineamenta ab Hippocrate quidem & Galeno relicta, à nobis verò conformata, & in vnum corpus collocata sunt. Tibi verò eam vir præstantissime dicatam esse volui, atque tuo nomine diuulgari, vt testimonium aliquod proferrem amoris mei ergà te summi. Quomodo enim te non etiam atque etiam vehementer amem, qui eximias tuas virtutes, vt planè iandudum perspexi, ita admirari non desino? in primis vero tuam illam singularem humanitatem, deinde summam prudentiam, tum incredibilem

doctrinam

doctrinam, et immensam omnium scientiarum cognitionem. Quid quòd me non parum à te amari percipio? Quid quòd & magna, & innumerabilia, sunt tua ergà me beneficia? Sed & alio iure commentarius hic tibi debetur noster, quòd in eo describitur perfectus medicus: opus me hercle à nemine ante me tentatum: ita enim fore speraui, vt qui in te respexerint, summi huius & absoluti medici, quem effingo, speciem agnoscant. In quo enim cumulatiores vnquam extiterunt perfecti medici quàm in te facultates? Nam statim à pueritia scientijs omnibus & optimis artibus operam dedisti, ac ita in illis profecisti vt ad singulas earum natus esse videreris. Cum verò præcipuos earum auctores græcè scripsisse minimè ignorares, græcas etiam literas didicisti, vt Athenis ortus esse facile putari possis. taceo latinas, quas quidem summum apud te absque vllo fuco aut vitio candorem retinere, nemo non intelligit. His igitur instructus artibus, demum quanto studio medicinæ operam dedisti, nihil eorum omittens, quæ pertinent ad hanc facultatem? & in primis anatomen ipsam quanta diligentia prosecutus es? nec verò ea frui solus voluisti, sed publicè ipsam docendo alijs impertiri. Audiebat te docentem de humani corporis partibus: atq; de admirabili eius structura, et summi Opificis sapientia, atque prouidentia subtiliter & grauiter disserentem, summa cum attentione, et admiratione, frequens cœtus medicorum: atq; etiam patritiorum, quicunque philosophiæ studijs delectabantur: in quibus quidem disputationibus, quot quantaq; ex philosophiæ & medicinæ penu deprompsisti? fuerunt illæ non modo eruditionis plenæ, sed etiam elegantia & lepore refertæ. In cognitione au-

tem

tem pulsuum tantoperè elaborasti, vt ne minima eorum species aut differentia te lateat. Neque plantarum, aut herbarum, aut aliorum simplicium medicamentorum cognitionem aspernatus es, sed eam quoque planè comparasti. At verò morborum causas quis te vnquam subtilius perscrutatus est? quis in præsagiendo veracior, aut peritior? In curationibus autem morborum, quis artis præcepta diligentius obseruauit? quis aut doctior, aut prudentior extitit? Duo ferè vitia medicis plerisque in adhibendis remedijs peculiaria sunt: multi enim præcipites sunt, ac audaciores: non pauci verò timidi & segnes: quibus erroribus grauia admodum damna ægrotantibus contingunt. ab his tu semper mirificè et prudenter cauisti: nihil enim vnquam temerè, aut intempestiuè, nihil negligentius, aut segnius commisisti: sed omnia adhibes opportunè, rectè, circunspectè, prudenter. Si vis morbi requirit celerem opem, validaq; statim auxilia, nemo te vnquam promptior: Si morbo blandiri satius est, & absque forti remedio cunctando aduersus eum pugnare, nemo te hac in re prudentior. Equidem non paucos noui, qui cum violentis aliorum curationibus parum profecissent, cùm dexterè à te curarentur, ad sanitatem reuocati sunt. Et hæc quidem virtus semper in te vno præcipuè enituit, ac magnarum tibi laudum, & præmiorum occasionem obtulit. Ne verò ipse ægrotanti obesses, quis te cautior vnquam extitit? illud nimirum diuini Hippocratis admonitum memoria tenens, vt medicus accuratè animaduertat, si minus possit ægrotantibus prodesse, saltem ne quid obsit: nihil enim absurdius, aut inhumanius, quàm ei nocere, cui adiumento esse debeas: & vulnus exacerbare, aut

perfricare

perfricare, quod lenire, & persanare oporteat. ac tamen nonnulli parum cauti & prudentes, intempestiuè sanguinem mittendo, vel medicamento purgante aluum ducendo, aut vini potum parum opportunè concedendo, vel ægrotanti indulgentius aliter obsequendo, cùm deberent prodesse non mediocriter obsunt. Sed quod illustrius testimonium desyderamus tuarum virtutum, quàm quod Clarissimi Senatores nuperrimè tribuerunt? qui & si non raro experti sunt diuinitatem tuæ scientiæ, & fidem tuam, atque probitatem (vt enim quisque in Repub. ampliorem locum tenet, ita cùm ægrotare contigerit, Trincauellij opem in primis requirit) magno tamen pretio te conduxerunt, vt in gymnasio Patauino medicam artem publicè doceres. Prudenter quidem illi, cùm à gymnasij præfectis in illius instaurationem summa cura inuigilantibus suasi, suis neglectis cõmodis te ad hoc munus ex multis elegerint: vt antiquæ academiæ dignitati, studiosæq; iuuentutis vtilitati consulerent. O felicem medicinam, quam eruet Trincauellius ab opacis tenebris, & ad pristinum splendorem reuocabit. O fortunatos adolescentes, qui à medico tam præstanti instituemini. O beatam posteritatem, quæ medicos habitura es, ita benè institutos, atque eruditos. Sed quò me rapuit oratio æstuantem laudum tuarum desyderio? Viderint ergo adolescentes, an tibi hunc meritò commentarium nuncupauerim. Tu verò optime vir lucubrationem hanc nostram, ea fronte legas, atque recipias, qua soles nos suscipere, & intueri: quam si à te potissimum probari intellexerimus, breui fortasse emittemus Libros nostros, De Antiqua Medicina: quibus curationes omnium morborum complexi sumus: tantum medicinæ professoribus maiori

futuros

futuros adiumento, quantùm Hippocratis doctrina, Galeniq; & Dioscoridis, posteriorum scriptis omnium consensu longè antecellit: quorum quidem sententiæ ob id longè illustriores in commentarijs nostris apparebunt, quòd superuacua omisimus, & eo ordine eas digessimus, vt medicis ad curandos morbos multò maximè profuturæ sint. Qua in re si id assecutus fuero, quod me assecutum esse confido, nec me laborum meorum, nec eos industriæ nostræ fortassè pœnitebit, qui ad antiquæ medicinæ studia sese conferent. Vale, & me, vt facis ama, Ego enim summoperè te diligo, & obseruo.

IOANNIS ANTONII SICCI DE OPTIMO MEDICO.

CAPVT PRIMVM PRIMI LIBRI DE ANTIQVA MEDICINA, EIVSDEM AVCTORIS.

VM de ea parte medicinę, quę ad morborum curationes ptinet, potissimum scribere proposuissem, operę pretium mihi visum fuit, ea colligere, atq; huc, in vnũ quasi corpus conferre, quæ sparsim prisci medici ad vsum hominis scripta reliquerunt. Sed primum quidem de optimo medico quędam præfabor: vt ex his rebus, quibus eum ornatũ esse voluerunt, iudicari possit, minime cuilibet homini fas esse, artis huius sacræ mysterijs initiari: tum, vt qui studio se medicinæ dedide runt, habeant quid imitando sequantur: & ea, quæ ad munus & officium eorum pertinent, prorsus, & optime teneant. Sũmum igitur medicum, & perfectum effingamus: aut certe illius quasi imaginem, & speciem exprimamus: ad cuius similitudinem diri gant adolescentes omnem cogitationem & industriam.[a] Solent enim artes ipsæ præcipue id sibi proponere, & sequi, quod optimum & permanẽs esse videatur: imperfectum vero quodcũq;, atq; caducum omittere. Ac in omni sanè genere pertentandum est, vt id, quod est in vnoquoq; perfectum, & absolutum, & optimum, & summũ, maxime requiratur.[b] Primum igitur qui medicinæ est operam daturus, natura propensus ad ipsam sit oportet: aduersante enim & repugnante natura, frustra laborabit: duce vero ea & comite, plurimum proficiet. Deinde cum natura ita factus fuerit, industria quoq; addenda erit: nec vero in perdiscenda arte mediocris ei cura adhibenda est, quem summũ inter medicos esse volumus: sed in eius studiũ diu is, atq; alacriter incumbet: ac quæ insita ei sunt, à natura semina virtutis ita psequetur, vt quasi ex agro bene culto, optimos inde fructus ac tẽpestiuos percipiat. Præsertim vero necessariũ esse puto, vt ab ineunte ęta-

Idẽ Ci. 3. d or. f. 150 in codice Ald.

Idẽ Ci. 1. d or. f. 94. & 95.

2. de orat. fo. 122.

a Ga. ad Thrasy. cap. 12. & 16.

b H. in lib. de lege.

te eo in loco educetur, vbi ars medica plurimum excolitur.[a] Vt ergo in omni quæstione, quid verum, quid falsum sit, dijudicare possit, acri primũ sit ingenio opus est. Deinde à puero primis in disciplinis versetur, in arithmetica pręsertim, & geometria.[b] nam multa probantur in medicina geometricis rationibus, sicut & illud, cur nerui, per quos cernendi vis oculis subministratur, facti sint inter se cõcurrentes.[c] Tũ optimos præceptores habeat. Sed & laborum plurimum eum perferẽtem esse velim, vt de solis disciplinis die, noctuq; meditetur & cogitet. Præterea, quod perraro in quopiam inueneris, veritatis sit studiosus: hanc vnam tota vita sibi proponat amplexãdam. Postremo disciplinam quampiam comparet, qua vera ac falsa dijudicare via & ratione possit.[d] id vero à differendi arte petendum est, per quam omnis quæstio explicari & enodari potest:[e] in qua etiam eundem ita versari volo, vt nõ modo ipsam teneat, sed ea etiam possit vti ad inuentionem veritatis.[f] Erit igitur summus hic medicus dialectices in primis peritus. morborum enim differentias absq; ea comperire quis poterit? vt vero ab vnoquoq; morbo eliciantur curandi rationes, nõne absq; eius ope vanum est inquirere? Sed & eadem via suppeditat cognitionem naturæ corporis: & eius quidẽ, quę ex primis elementis constituitur: & eius etiam, quæ ex secundis sensu perceptibilibus cõstat; deinde illius quoq;, quę ex partibus instrãlibus conflatur. ea ẽt docet qui sit vsus, quę sit actio singularũ partium: nam vt horum oĩum certam habeas scientiã demonstratione opus est, quæ tantũ ducitur à dialecticę fontibus. Neq; sola hæc pars philosophiæ ei necessaria est, sed etiam alia, quæ naturam rerum contemplatur: & illa quoq;, quæ de moribus, & vita agit: sine naturali enim scientia quomodo regionum, vrbium, aquarum, & similium rerum peritiam habebit?[g] Sed neq; similarium, neq; instrumentalium partium poterit idem curationem absque naturali philosophia aggredi.[h] Disciplina vero de vita & moribus quàm medico profutura sit quis ignorat? nã in studijs earum disciplinarum, & ipsius adeo medicinæ, quî fieri potest vt perduret, nisi labores ferre didicerit? nisi pecuniarum contemptor, nisi sobrius, nisi bonus probusq; fuerit? ex auaritia. n. & voluptatum illecebris cuncta mala nascuntur. Cum vero & regiones peragrare oporteat, quo possit etiam absentibus opem pręstare:

a Gal. in lib. de con. me. ca. 7. et. 3. de nat. fac. ca. 10

b Gal. 10. de vsu parti. ca. 12.

c Gal. in lib. de con. me. ca. 7.

d Gal. in lib. an cõseruare sanita. gymnasticę sit. ca 4.

e Gal. in lib. de con. me. ca. 7.

f Gal. in lib. q; opt. medi. idem sit & Philoso.

g Gal. 3. metho. cap. 3.

h Gal. in lib. q; opti. medi idẽ sit & Philoso.

Pri. de or. f. 94. et. 2. d or. f. 122. 2. de orat. fo. 114.

In Bru. f. 194. & in or. f. 207.

2. de or. f. 114. & in or. f. 198.

1. de or. f. 90. et. 103 & 2. d or. f. 114.

ſtare: nec edacitati, nec vino, nec veneri deditũ eſſe oportet: alioquin obeundis laboribus minime ſufficeret. His dotibus ſi præditus erit, habebit etiam cæteras virtutes: cohærent enim omnes inter ſe, neq; fieri poteſt qui vnam earum aſſecutus fuerit, quin idem cæterarum quoq; ſit compos.[a] Erit igitur, vt dicebam, queſtus contemptor, erit verecũdus modeſtusq;, bene de omnibus ſentiet & iudicabit, erit placidus, benignus, ſyncerus, prudens, à vitijs alienus, religiõis & pietatis cultor: ac ferè dixerim diuinus. qui enim medicus ſimul & philoſophus eſt, eum ego Dei planè ſimilem eſſe exiſtimo: qui vero philoſophiæ eſt expers, vanum eum, venalem, incontinentem, libidinoſum, auarum, rapacem, ambitioſum, & impudentem videbis.[b] Sed hos quidem ſolo nomine medicos eſſe cenſeo,[c] quos græci λογιάτρους merito appellarunt:[d] Similes perſonarũ, quas in tragœdijs ſpectamus, quæ ſpeciem quidem eorum, quos agunt, ac habitum, & faciem repræſentant, illi tamen non ſunt quos ipſi imitantur.[e] Verus autem, bonusq; medicus Deum ſemper in animo habet, vnum illũ contemplatur, illi omnia refert accepta in ſanandis morbis: nec vero plurimum ſibi ipſe tribuit, quoniam nõ ſemper procedit ex ſententia euentus medẽdi.[f] In primis autem ab inuidiæ crimine abſit neceſſe eſt, qui ad ſummum gradum medicorum aſpirat: non enim decet bonum & probum virum vlli inuidere, immo vero vt quibuſuis proſit, ei potius enitendum eſt: Sic.n. boni probiq; viri officium præſtabit, & Dei imitabitur bonitatẽ: qui, & ſi multa in eum ab hominibus perpetrantur, non tamen vult perdi humanum genus, quin alium ſuper alium creando perpetua propagatione conſeruat. Idem oriri Solem facit in terris, quo anni tẽpora partiuntur, & fructus matureſcũt: nihil autem curat Diagoram, aut Anaxagoram, aut Epicurum, vel alios ſimiles, qui ita quidem ipſum contempſerunt, vt ne à conuitijs quidẽ abſtinuerint.[g] Ea igitur philoſophia, quæ de moribus agit, virtutes illius animo quaſcunq; inſinuabit, & vitia itẽ deterget. proinde quantum ea neceſſaria ſit ſummo futuro medico quis non perſpicit? Ex his omnibus planũ eſſe arbitror, Quiſquis medicus vere eſt philoſophum quoq; eundem eſſe.[h] Nec tamen à medicina eos reijcio, qui per otium nequiuerunt perſcrutari omnia ſubtiliter in philoſophia: poſſunt enim illis ſufficere, quæ hactenus à medi

2. de ora. fo. 125.

1. de orat. fo. 95.

a Hip. in lib. de probitate.

b H. in lib. de lege.

c Gal. 8. metho. cap. 6.

d H. in lib. de lege.

e H. in lib. de probita.

f Gal. 12. de vſu parti. capi. 6.

g Gal. in lib. q̃ opti. medi. idẽ ſit & Philoſo.

h Gal. 5. de Criſi. cap. 3.

cis recte inuenta sunt: proinde ad artis exercitationē eos admitti non recuso. Verum in philosophiæ intima eum penetrare necesse est, qui aut medicorum inuentionibus quidpiam adijcere velit, aut de principijs artis iudicium ferre: Sicut enim artes authoritatem ab operibus assumunt & fidem, ita principijs inueniuntur: quæ vera sint an falsa, haud aliunde scire licet, quàm ex philosophię preceptis.[a] Quid vero de astrologia dicam? quomodo.n. sine hac scientia agnoscet consequentes mutationes, conuersiones q̃ temporum, & ortus syderum atq; occasus? ex quibus postea, puideat qualis annus futurus sit, & qui cuiq; morbi impendant: vt auertat venturam luem, & dilabentem valetudinē moretur: quod in magnam quidem artis gloriam cedere perspicuū est. itaq; astrorum scientiæ medicum peritum esse oportet: neq; de ea dubitādum est, quin arti medicæ plurimum conducat. Musices autem scientia quanto his, qui medicam artem profitentur, adiumēto futura sit quis nō intelligit:[b] Cum enim valetudinem tueri ad ipsum spectet, animi vero affectiones eam interdum vitient, iccircò ad eum quoq; ptinere arbitror, mores & animi perturbationes moderari, atq; corrigere. furor enim, luctus, iracundia, mœrores, curæ intensæ, vigilię, febres accendunt, & sunt origines magnorum morborum: cōtrà vero socordia, fatuitas, inertia, decolorationes gignūt, & summam maciem ex eo q̃ corpus non alitur: quæ malorum genera ob caloris naturalis imbecillitatem excitantur. quippe immodici motus eius partis animi, quæ in ratione posita est, & eius etiam quę in appetitu, aut in qua irarum existit ardor, bilem excitant: remissi autem hominem frigidiorem pituitosumq; reddūt. Ac vero ex illis quidem prioribus & febres, & morbi quicunq; calidiores oriuntur: ex his vero postremis obstructiōes in iecore, & in visceribus, & comitialis morbus, atq; attonitus: & vt paucis, omnes morbi, quicunq; propter destillationem, aut fluxionem progigni solent. Erit ergo medici prudentis, qui valetudinem tueri velit, intra fines sanitatis cohibere calorem naturalem: quod moderatis exercitationibus non tantum corporis, sed etiam animi procurabit. Cum vero dictæ animi cōmotiones varijs cantilenis, & modulationibus, sæpe leniantur, hāc etiam ipse curationem medicus non spernet: Sic.n. Aesculapium quoq; illum, qui in deorum numerum relatus est,

a H. in lib. de aere locis & aqua.

b Gal. 1. de sanita. tuen. ca. 8.

multas

multas iussisse Odas scribi, & mimos ridicularum rerum ferũt: ac quosdam etiam cantus adhiberi ad eorum spiritus demulcendos, qui propter motus vehemẽtiores irascibilis facultatis, in calidiorem temperaturã versi essent. [a] Ita etiam nos Plato docuit, vt eos, qui ingenio hebetiore sunt, ac tardi mente, & tristes, in orthijs numeris, & vehementer animum concitãtibus harmonijs, & in similibus studijs educaremus: iracũdiores vero, & furiosiores in oppositis. [b] Sed & rhythmos ipsos, qui in pulsibus notantur, quanam alia arte, quam musices auxilio percipere nobis licebit? [c] Nec vero illius artis sciẽtia à medico contẽnenda est, quam ob id græci gymnasticen appellant, quòd exercitãdi corporis curam gerit. Cum. n. ad medicum pertineat sanitatem tueri: illa vero tum alijs rationibus, tum vero maxime idoneis exercitationibus conseruetur, par est, vt exercitationum naturã, vimq; & qualitatem idem calleat. quædam. n. sunt violentæ, graues, robustæ: quædam leues, celeres, intentæ: aliæ violentæ simul & celeres: ac vero multę aliæ exercitationum diuersitates sunt, quas à medico ignorari non conuenit, vt illis varie vtatur pro cuiusq; corporis natura. Ex his etiam non omnes vni membro, sed aliæ alij parti seruiũt: nam aliæ crura, aliæ brachia, thoracem aliæ, aut lumbos, aut caput, aut spinam, aut ventrem exercent: quibus quidem medicus vtetur, vt res postulabit. Equidẽ non paucos scio, qui cum partem aliquã corporis haberent infirmam, vt ea sępissime ęgrotarent, gymnastices duntaxat auxilio à me sanati sunt: nec tñ eos abducebã à suis studijs: sed siue quis saltator esset, siue luctis deditus, ei iubebam, vt ederet omnes motus, & exercitationes artis suę: tum vt quisq; motus esset illi aptior, & vtilior, ita ad eum adhortabar. [d] Volo ẽt summum hunc medicum dissectionibus corporum operam dare, quã græci artem ἀνατομικὴν appellant: per quam cũ alia multa, tum vero propriam materiã partis cuiusq; percipiat. nam ex illius cognitione, actionũq;, & vsus partium, locorum interiorum ægrotantium notitia proficiscitur. [e] Ac vero in primis cognoscẽdæ sunt extimæ quęcunq; partes: quid enim potest esse hoc vtilius, prę̃sertim in bello, ad telorũ extractiones, ad ossium excisiones, ad luxationesq;, & ad fracturas cum vlcere coniunctas, ad fistularum, sinuũq;, & abscessuum incisiones? Deinde ꝓcipiendę viscerum intimorꝫ actiones: Tum omnis eorum

a G. 5. d placi. Hip. & Plat. ca. 6.

b G. 2. de digno. pul. ca. 5

c G. in lib. de sanit. tu, ca. 11 &. 12.

d G. 1. de lo. affec. ca. 1.

e G. 2. de aggressib. ca. 2.

a G. in lib. de con. me. cap. 16.

rum vsus tenendus.[a] Quis.n. morbum cognoscet, aut affectum locum, nisi partis ægrotantis naturam, atq; materiam nouerit? & quam illa habeat cum partibus finitimis societatem atq; coniunctionem? Quis apte vti remedijs poterit, nisi formam præterea eiusdem partis, & situm teneat? quæ etiam ei sanè indicabũt, qua parte euacuationem moliri maxime oporteat.[b] Actionis vero & vsus partium scientia, non solũ nobis erit vtilis ad cõparandam notitiam partis affectæ, & futurorum prẹcognitionem, sed etiam in curãdis morbis plurimum proderit: qui enim gressum cognoscit esse crurium actionẽ, concoctionem vero ventriculi, is in eo, qui gradi nequit, aliquam partem crurium affectam esse percipiet: in eo vero, qui non concoquit, aut tristius concoquit, ventriculi vitium quodpiam subesse deprehendet. neq; aliter ab vtilitatibus partium, q̃ ab actionibus, partis affectẹ notitia submi nistratur: quemadmodum.n. gressus intercipitur affectis neruis, & lacertis, qui sunt in crure, Sic fracto aliquo osse aut luxato, eadẽ actio aufertur: si vero ignoraueris quod per ossa stamus, nec quòd ipsis affectis gradiendi facultas adimatur, tibi percipere licebit. perinde etiã vtilis est ad præsagitionem cognitio actionis, et vsuum: quẽadmodum enim sanitas eorũ ossium, quẹ in cruribus sunt, conducit nobis ad gressum, sic vbi quispiam affectus incurabilis in ipsis fit, cõmonemur ablatã gradiendi facultatem in posterum non posse restitui. Hæc vero eadem quanto ad curationes futura sint adiumento inde ostenditur, quòd, si aperire quaspiam partes, aut circũcidere, aut truncare oporteat, quòd eẹ quoquo modo vitiatẹ sint: vel tela, aut spicula ab ipsis euellere sit necesse, qui vsum partiũ non ignorat, quæ cautius, & quæ securius alacriusq; incidenda sunt, optime percipiet.[c] Danda etiã ab eo opera est, quem iandudum nostra indicat oratio, vt simplicia quæq; medicamenta cognoscat: & summa in hoc studio diligẽtia ab eo adhibẽda est, & cura.[d] Velim ergo ipsum omnium stirpium, si liceat, peritum esse: sin minus certe plurimarum: & præcipue earum, quibus ad multa vtimur.[e] Proinde gnarum in primis doctorem, & demõstratorem deliget: à quo scientiam hanc intuitu capiat: deinde Dioscoridis libros præsertim pnoluet, qui hẹc fidissime persecutus est. quãuis posteritati magis consultum fuisse crederem, si omissis scriptis hæc à præceptoribus doctrina

Cap. 17.

b Gal. 17. de vsu parti. ca. vlti.

c Gal 6. de simpli. medi. cap. 1.

d Gal. 1. de antido. ca. 5.

e Gal. 6. de simp. medic. cap. 1.

oculis

oculis sumpta esset, & deinceps ab alijs accepta, & alijs tradita, ita demum ad posteros per manus deuenisset. Illos vero potissimum scriptores reprehẽsione dignos esse duco, qui figuras earum herbarum descripserunt, & literis ac monimentis mandarunt, quas nunquã ipsi sunt conspicati: possis enim eos comparare præconibus, qui formam pronuntiant & notas fugitiui serui, quem nunquam spectarunt, ac si præsentem haberent tñ non agnoscerent. Hinc factum est, vt multi suos libros varijs mendacijs, & nugis asperserint: versi enim ad fabulas aniles, præstigias quasdam, & deliras incantationes conscribunt, quarũ fuere ęgyptij auctores: quibus vtendum esse in herbis legendis insani admonent. nonnulla etiam medicamenta laudibus in cœlum efferunt, & corporibus admoueri, aut collo suspendi iubent: quę optimus medicus vniuersa despiciet: nam quæ eiusmodi sunt, non solum ad medicinæ artẽ non attinent, sed etiam procul à veritate absunt.[a] quòd si nonnulla vides collo appensa affectibus mederi quibusdã, scito hoc alterutra de causa euenire: vel quòd defluunt ab illis rebus partes quædam, quæ deinde spiritu attractæ possunt ægrotantem partem curare: vel quòd aer ab illis ĩmutatur. Sic.n. pęoniæ radix appẽsa medetur comitiali morbo: sic inflammato gurgulioni cyrenęus succus: sic nigella torrefacta destillationes siccat, & grauedines, si calidam quispiã in linteolo raro illigans, trahat assidue per nares calorem ex ea manantem: si etiam plura lina, & præsertim ex purpura marina, circa collũ viperæ quispiam annexuerit, & his astrictis ipsam elíserit, postea collo singula suspendat, mirifice ꝓderit paristhmijs, & omnibus illis, quæ in collo extuberant.[b] Vt vero simplicium medicamentorum cognitio acquisita fuerit, perdiscẽdæ quoq; eorum vires & facultates erunt: quomodo enim quæso probè medicamenta ex his componet, aut eo, quod est ab alio compositum recte vtetur, qui simplicium medicamentorũ facultates ignorauerit? deinde gradus etiã eorum cognoscendus est: quatenus refrigeret lactuca, portulaca, solanũ: quatenus cinnamomũ calfaciat, amomum, & cardamomum.[c] Ac vero medicus pręcipue versatur in morborum medelis: à quibus etiam ducit appellationẽ: qui vero ad sanitatis conseruationẽ præcepta tradit, eum græci ὑγιεινὸν appellare solẽt, quasi valetudinis tuendę præfectum diceres. sumunt

a Cap. de pæonia.

b Gal. 1. de simp. medic. cap. 25.

c Gal. 2. de sanita. tuen. ca. 8.

munt enim artifices nomen ab ea arte, quam quiſq; pertractat.
a G.c.part.6. Epi.cō.1. [a] Eſt autem præcipuum medici officium remediorū qualitatem, & modum cognoſcere: & quo maxime tempore illis vtendum ſit, & qua rōne callere: quam quidem cognitionem, & ſciētiam, ars ei medica ſuppeditat: cuius ipſe miniſter eſt: per eam enim ea rum rerum factus eſt peritus, quæ aut ſanitatem gignere, & tueri: aut morbos parere atq; conſeruare natura poſſunt. Ac multæ quidem artes extant, quæ medicæ arti miniſtrant, & præparāt ſalutarem materiā: & multi item medicorum miniſtri. ſeruiunt. n. illis herbarij, vnguentarij, coci, cataplaſmatū & perfuſionum magiſtri, qui venas pertundunt, qui cucurbitulas affigunt. Quòd ſi medicus qſpiam aliquid iſtorum didicerit & faciat, ſimilis eſt gubernatori nauis, qui remigare ſciat, & malum ſcandere: nec vero ſolum ſciat, ſed ipſe etiam hæc faciat, & alia ſimilia, quæ ad nautas pertinent. Similiter etiam reges, & imperatores exercituum non paucos inuenies, ſcire ea, & facere, quæ militum ſunt munera: verum non vt rex & imperator Alexander ille macedo, aut Philippus illius pater, militum officijs atq; muneribus fungebatur, ſed tanq; miles. Perinde igitur medici id, quod eſſe eorum officium dixi, perſequuntur. quòd ſi venam aliquis interdum incidit, aut cucurbitulas imponit, vel aliud manibus molitur, id non vt medicus, ſed tanquam miniſter exequitur. [b] His artibus & diſciplinis eruditus, vita etiam & moribus, quēadmodum ſupra oſtenſum eſt, medicis plebeis præſtabit. Erit igitur prudēs, & minime loquax: & in rebus illis, quæ ad vitam pertinent, compoſite ſe geret: hoc.n. ei ad authoritatem comparandam plurimum conducit. ac vero ita inſtitutum medicum & compoſitum nemo non amat, ac veneratur: petulantem aūt & leuem cuncti deſpiciunt. Cum vero cum mulieribus nuptis & innuptis aſſidua ſit ei futura conſuetudo, & res ipſi multum pretioſę frequenter occurrāt, ſcire licet in his omnibus tēperantem ſe eſſe oportere. [c] Quòd ſi quidpiam in ipſis curationibus, aut extra conſpexerit, aut intelleXerit, quod diuulgandum non ſit, perinde vt arcanum celabit. caſtam igitur & ſanctā vitam perpetuo deget: neq; vllo ſcelere artem inquinabit: & in quācunq; domum introierit, precipue cauebit, ne vel venenum ipſe cuipiam præbeat: aut eius conſilio, et ope alter exhibeat: ne'ue mulieri alicui medicamentum offerat,

b H. in lib. de medico.

c In iuſturando.

quod

quod partum immaturum possit abigere. Talem quidem quod ad se attinet medicum esse oportet: erga ægrotantem vero ita se habebit.[a] Velim enim in primis eum ægrotantibus videri quæstus minimè cupidum. Non enim decet vllam aïo languentis de mercede curam inijcere: pręsertim eius qui teneatur acuto morbo. Nam cũ in morbis acutis occasio sit pręceps & momẽtanea, bonũ medicũ dedecet, magis mercedis, quàm bonæ existimationis rõnem habere. Ac vero multo melius esse duco, eos tãquam ingratos obiurgare, qui ad pristinam valetudinem maximè tua ope reuocati sunt, quàm in summo discrimine pecuniam extorquere. Ergo de quæstu & mercedula minimè solicitus, morbi naturam quãprimum cognoscere contendet, oïa, puidebit, inhumanus non erit: & in quo viderit tenuem rem familiarem, vel modica mercede cõtentus erit, vel ẽt gratuitò curabit: pręsertim vero peregrino & egẽti opem promptè porriget: tũc enim demum ars illustratur, cũ eam benignè medicus exercet.[b] Sic ẽt diuinum illũ Hippocratem ferunt, non gloriæ aut quæstus cã, sed humanitate adductũ, ægrotãtibus solitum mederi.[c] Neq; infructuosa est medici probitas his, qui ei se cõmiserint: sæpe enim accidit, vt qui à morbo nõ vsquequaq; tuto teneantur, confisi pbitate medici sanescãt.[d] In hoc vero medico præcipuè elaborãdum est, vt sibi comparet ægrotãtis obedientiam: quo enim modo ægrum psanabit, nisi eum obtẽperantem & obedientem habuerit? itaq; summũ studium & curam, in hoc adhibebit, vt gratũ se ægrotãtibus & amabilem reddat, ac illius beneuolẽtiam sibi conciliet, cuius curationem ipse suscepit: nam qbus ægri delectantur, ijs maximè obediunt: illis aũt quos oderunt, minimè obtẽperant: vel si sanum & vtile cõsilium ipsis datum fuerit. Erũt igitur ei nõnullæ obseruationes necessariæ, quibus ægri beneuolentiam captabit.[e] Primum enim ei enitẽdum est, vt quantum in se est, bonæ habitudinis sit, & bono ac laudabili colore. nãq; vulgus eos cẽset, qui nõ satis firmi sunt, ne alijs qdem bene mederi posse.[f] Medicum vero præcipuè dedecet areis infectũ caput habere, aut vngues scabie: vel à morbo articulari vehemẽter affligi, aut ab alio simili vitio.[g] Ne cum ipse depellere, pfiteatur aliorum morbos, eo dicto, aut alio simili, eum qspiam irrideat. ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων, aliorum medicus scatet ipse vlceribus.[h] Est ẽt me-

a H. in lib. de præceptis.

b G. 9. de dec. Hip. & Pla. ca. 5.

c H. in lib. de præcep.

2. de or. f. 126.

d G. 4. part. 6. epi. cõ. 8.

e H. in lib. de præcep.

f G. 4. part. 6. cõ. 9.

g G. 5. de sani. tuẽ. ca. 1.

h G. 4. part. 6. epi cõ. 9.

dico præcipuè turpe & indecorũ, tetro quopiam odore, aut corporis vniuersi, aut etiã alarum detineri: nec tñ desunt, qui se hoc vitio detestabiles ægrotantibus reddũt: scio enim medicum, qui fœdũ adeò odorem ab axillis spirat, vt eum æger ferre qspiam elegãs nequeat: quem sibi añ mederi me hercule deceret, q̃ ad alios curandos ipse accederet: nã & si hircum olent natura nõnulli, potest tñ is odor ad mediocritatem quãdam primũ duci, deinde vero aspsionibus tetrum odorem obtundẽtibus leniri. Cõtrà enim alius, cũ ei natura os puteret, purgatione primũ, & conuenientiũ medicaminũ potu malũ odorem repressit: deinde cũ domo egrederetur, modò exiguum qd amomi, modò foliorum malabathri, aut cuiuspiam rei bene olẽtis detinebat in ore: & ita ingratũ oris odorem mitigabat, atqꝫ suauem faciebat. Nonnulli aũt ita qdem præcepta hæc spernũt, vt ob incuriam in maxima peccata & dedecora dilabãtur: qui cũ bonũ oris odorem natura habeant, alliũ, aut cepas olentes, ęgros inuisunt. Quàm vero grauiter Quintus ille noster peccauit, qui artem medicam Romæ pfitebatur: cum enim diuitem & præpotẽtem virũ à prandio vinolentus viseret: qui febre, & capitis dolore ita vexabat, vt vini odorem ferre non posset: ab eo est rogatus vt paululum secederet, qm̃ sibi admodũ esset molestus vehemẽs ille odor vini: at Quintus contrà, insipiẽter respõdit, vini odorem pferas, nam & ipse tuæ febris odorem tolero. Stolidũ admodũ sanè responsum: pmultum enim interest febrem aliqs, an vinum oleat. Sed & tonsuræ, & vnguium non mediocrem curam habebit. Velim enim in primis ita qdem eum detondi, vt capitis sanitati cõducere maximè videat: nã alijs alius tonsuræ modus conuenit: ægris vero non eadem qbusqꝫ species placet: ad eum igitur cõtuens, cuius tibi curatio cõmissa est, de tõsuræ specie coniecturam facies: qppe non mihi videtur medico indignum aut turpe qꝫ sese ad eius volũtatem, et arbitrium, ac nutum accõmodet, à quo pbari velit, & quem ad pristinã valetudinem reuocare studeat. Sic enim impante Antonino Cõmodi patre, oẽs eius familiares ad cutem tondebant: sub Lucio aũt impatore, qm̃ mimi ab eo appellarentur, comam rursus cuncti nutrierunt. Vngues mediocres esse decet: quæ enim hmõi sunt ægris spectãtibus placere solent: Chirurgo vero quales esse oporteat apud Hippocratem lęgas licebit. Vestis sit & ipsa eadem rõne mediocris

In or. f. 99

1. de his quę ī off. med. tex. 10.

mediocris:non ſordida,non abiecta:nec vero ita q̃dem ſumptuo ſa vt arrogantiæ noteris:q̃ ſi his ægrum immoderatius delectari, aut illis intelligas,haud abſurdum erit à medio deflectere: quatenus ei gratum eſſe, coniectura fueris aſſecutus.[a] Præcipue autem dedecet veſtibus ſordidis indui, quin vero mundas & elegãtes ſemper habeas.Neque medico indecens eſt odoribus vti quibuſdam:odioſos enim & nimium exquiſitos excipio. Manus vero præcipue admodum mundas habebit, faciem, barbam, & capillos.[b] Certas quoque animaduerſiones deſyderat medici inceſſus,& aditus ad ægrotantem:non enim placet vt vel ingreſſu,vel in ſeſsione,aut abiectus,aut arrogans & ſuperbus videatur. quidam enim elati & tumidi ſe inferunt, & ſedent: nonnulli autem nimis ſeſe contrahunt:alij curui & ſummiſsi iacent:Proinde neq; adeò humilem& abiectum volo eum videri, vt contemptui ſit: nec arrogantia, aut faſtu notari: ſed ab omni exceſſu declinare, & mediocritatem ſequi:niſi fortè videretur æger,(quod rarò contingit,) humilitatem affectare. tũc enim non erit abſurdum à medio parumper flectere,ſeq; humilem præbere:vel ſi contrariũ appetat,eius item ingenio, & naturæ obſequi. Neq; parui refert ad beneuolentiam ægrotantis captandam, noſſe illius ingenium & mores:tædet enim nonnullos crebri acceſſus medicorum:alij aſſiduo medici aduentu mirum in modum delectantur:ſunt etiam nonnulli medici adeò imprudentes & fatui,vt ad dormientes magno pedum ſtrepitu, & vociferatione ingrediantur: quibus experrecti ægrotantes indignantur, & ſe plurimum offenſos eſſe conquerũtur. Quapropter operam medicus dabit, vt nec intempeſtiue adeat,nec petulanter obſtrepat,aut vocem efferat:ne'ue ĩvultu, inceſsu'ue, aut in geſtu decorum non ſeruet.[c] Eſt etiam periti medici, & optimi huius quem pingo, hilari vultu, & placido ægrotantem adire:nam qui aſperitatem præ ſe ferunt, videntur ægrum deſpicere, & moroſi eſſe. neque tamen ſoluto erit riſu,aut ſupra quàm deceat hilaris:ſed modũ rebus omnibus ſemper adhibebit.[d] Nihil autem prædicet ei de futuris,neque indicabit præſentem ſtatum: multi enim in ſpem elati confidentiores euadunt,& medicorum præcepta negligunt:alij denuntiato periculo immoderatius animum demittunt.[e] Quòd ſi ægroto nimis anxio medicus occurrat, qui quid ſperandum de ſe quid ue

a H.in lib. de præceptis.

b Gal.4.par. 6.epi.cõ.9.

c H.in lib de præcep.

d H. in lib de probi

e G.2.par 6. epi cõ.44.

timendum ſit, commoneri velit, hac in re, quoque medici prudẽtia non mediocris exigitur: tenenda enim illius natura & ingenium: quod ſi anteà non nouerit, ex eius ſermone percipiat licebit: nam multa ſolent loqui ægrotantes, quæ eorum ingenium, & mores detegunt. Ergo ſi ægrum prudẽtem & non parui animi eſſe viderit, verum ei prædicet, nihil diſsimulans: imprudenti vero & timido nihil reticebit eorum, quæ iacentem animum poſſunt excitare, et demiſſum erigere. Qua tamen in re eũ adhiberi modum velim, vt nunquam in magnum mendacium prorumpat. Verum ſi tam fracti atq; abiecti animi æger ſit, vt ſalutem cogatur ei medicus polliceri, attamen egreſſus familiares nihil cælabit. Neq; tamen ipſis ægrotis, quanuis plurimum pertimeſcentibus, ita ſalutem pollicebitur, ſicut nonnulli prompti ad mendacia: Sed in primis quidem addet ſanitatem ipſam affuturam, ſi æger omnia rectè geſſerit, & præceptis medicorum paruerit. Sic enim animus illius minimè elangueſcet, & ipſe verax perſæpe erit. Nam graues plerique morbi perimunt ægros minus obtemperantes: pauci admodum exitium afferũt, ſi nec à medico, nec ab ægrotante, nec à miniſtris in aliquo peccetur: neque extrinſecus aliquid euenerit, quod detrimẽtum afferre queat. Nam qui in morbis periculoſis confidentiores efficiunt ægrotantes quàm par ſit, conijciunt eoſdem poſteris deinceps diebus in longè maiorem triſtitiã & mœrorem, cum aut morbus grauior fit, aut vltrà pollicitationem protrahitur. [a] Vbi vero ſe citius ſanari vehemẽtius æger deſyderat, operæ pretium erit, omnem eius ſolicitudinem & perturbationem probabili ſermone abſtergere: & vt ſpem in medico habeat cohortari: et vt ſe ipſe ei committat, qui nullum emolumentum maius ducit, quàm hominem ſeruare, & priſtinæ valetudini reſtituere. [b] Proinde illum adhortabitur, ſuis vt præceptis obediat. Præmiſſa ergo decenti quapiam præfatione proponet illud Hippocratis, non ſolum eſſe neceſſarium, vt medicus opportunè expleat munus ſuũ, ſed tum æger ipſe, tum ẽt aſsidentes: neq; vero ab externa vlla re curatio puertat. Adiunget præterea, artem tribus cõſtare: Medico, Aegroto, & Morbo: ægrotantem vero oportere vnà cum medico morbo aduerſari, atque obſiſtere: nam ſi ſolum ſinat æger medicum certare cum morbo, aut à medico deſciſcẽs cum morbo ineat ſocietatem, nul-

a H. in lib. de præcep.

b G. 4. par 6. Epi. cõ. 9.

lum

lum medius fidius ſpei locum ſupereſſe: ſolus nanque medicus cum ſit, paruo negotio à duobus ſuperabitur. Contrà vero, ſi à morbo æger defecerit, & medico pro ſe pugnanti fuerit auxilio, plurimum de victoria ſperãdum eſſe: quoniam aduerſus vnum morbum à duobus pugnatur. Hac aut alia ſimili oratione ægri obedientiam comparare neceſſe eſt: cui etiam vocis magnitudinem & ſonum cõgruere oportet. Quòd ſi medicus ægrum alloquatur eruditum, vitare barbariſmos ſoloeciſmosq; debet: alioquin ab ægrotante parui æſtimabitur. Neque ignorandum eſt, medicis nonnullos fabulas narrantibus oblectari, alios autem faſtidiri ac tædio affici: & grauibus ſermonibus aliquos, facetijs alios & ſalibus recreari. [a] Scire tamen licet, non omne genus facetiarum medico conuenire. Non enim laudo illud Quinti dictum, qui percuntanti gymnaſtæ de vnctione, quam haberet vim, veſtis amouendæ reſpondit. Simile eſt etiam illud eiuſdem de vrinis apophthegma, nempe colores earum noſſe ad fullones pertinere. Equidem ſcurrarum eſſe eiuſmodi iocos arbitror, haudquaquam illius qui tam grauem artem profiteatur. [b] Plurimi etiam refert ægrum alloquatur medicus appoſitè, an minimè congruenter: vti cum dicente quodam ægroto, heu me miſerum moriar, Callianacta ſuccinuiſſe medicum ferunt.

a G. 5. de ſani. tuen. cap. vlti.

2. de or. f. 131. & in or. f. 205.

b Gal. 4. par. 6. epi. cõ. 9.

Te melior quanuis fuerit Patroclus obiuit.

Sed & quidam medici noſtræ tempeſtatis, ita ſanè ſunt aſperi aduerſus ægrotantes, vt ab illis odio haberi mereantur. Contrà autem alij, quoniam more ſeruorum ægrotis adulantur contemptui ſunt: at me hercule ſicut non expedit medicum cenſeri ab ægro dignum odio, ita nec contemptibilem eſſe oportet. Sed ita quidem grauis erit in vultu, ſermone, & geſtu, vt cum ſingulari dignitate, humanitas tamen, modeſtia, & comitas coniungatur. niſi enim medicum ęgrotus ſuſpiciat tanquam deum, prę cipienti minimè parebit. [c] Non ergo aſperũ erga ęgrotantem, non immitem eſſe medicũ oportet: qn contrà potius ei interdũ obſeq, vt eum bñuolentiorem amiciorẽq; habeat. Cũ enim ęger quidpiam cõcupiſcit qd obſuturum non ſit, non inutile erit ipſi indulgere: ſi tamen indulgentia hæc appellanda eſt, quæ ægrotanti prodeſſe põt. Quæ enim ſunt magis grata, ea, licet paulò minus vtilia ſint, ab ęgrotante melius concoquũtur: ita in ea re in qua videmur in-

3. de or. f. 145. & in Bru. 177.

c G. 4. part 6. epi. cõ 8.

dulgere, haud ſanè obſequium, ſed vtilitas ægrotantis proponitur: quod & Hippocrates ipſe præcepit: paulò deteriorem, inquiẽs, cibum et potum, ſed planè magis gratum, melioribus quidem, ſed minus ſuauibus anteferendum eſſe.[a] Quam ob cauſam culinariẹ etiam artis non oportet medicum eſſe omnino rudem: nam ex his, quæ ęquè ſalutaria ſunt, quod ſuauius eſt facilius cõcoquitur.[b] Verum nec in his tantum rebus, quarum vtilitas euidens eſt, medicum ægrotantibus obſequi ex vſu erit, ſed interdum etiam in illis, quas nocituras viderit: modo inſigne detrimentum inde non expectet: alioquin verendum erit, ne minus indulgentem medicum æger à ſe abalienet, atque auerſetur: atque ob id ei minime obediat. Verum cũ ægro qdpiam tale cõceſſerit, futurum vt ab ea re offendatur præmonebit: ſed ſe nihilominus ei aſſentire, vt gratum faciat: & viciſsim ab eo petet, vt promptius obedire in poſterum velit. Noui enim nonnullos, qui ea medici in ipſos indulgẽtia intemperãtiſsimi facti ſunt. Sic & ego frigidam aquam ſæpe conceſsi ægro efflagitanti, cui poſtera tamen die dari debuerat: nonnunquam etiam balneum, & vinum, & alia id genus: morem ſolum illi in eo gerens, vt hæc ſumeret pridiè quàm conueniret: Cæterum ſi ne poſtridiè quidem id eſſet dandum, non ipſi vlterius gratificãdum cenſeo: poteſt enim leuis aliqua ægri offenſio, deinceps futura obtemperantia compenſari: tanta autem vt ad extremum vitæ diſcrimen ægrotantem adducat, aut morbum valde protrahat, facilè emendari nequit. Itaque obliuioni dandum non eſt præceptum hoc adeò ſalutare ad comparandam ægri obedientiam: debere quidem medicum ægro gratificari, & huius in primis ſolicitum eſſe, vt illius beneuolentiam ſibi conciliet: ijs enim ægri maximè obediunt, quos diligunt & amant. Equidem non paucos noui, qui cum cibum faſtidirent, & à nemine alio ſuaderi poſſent, in gratiam tamen patris, aut matris, aut fratris, aut amici cuiuſpiam cibũ ſumpſerunt: ſæpe etiam filij parentes impulerunt ad cibum. Sed & ad ipſam obedientiam comparandam, ab Hippocrate ſcriptum eſt, medicum adiuuari præſagijs plurimum, & ægro admirabilem fieri. Sic enim eos etiam videmus, qui Pergami à numine curantur, ipſi obediri licet ab eo non rarò illis imperetur, vt ab omni potu abſtineant quindecim diebus: qui nemini ſanè medico

a G. 2. de ali. fac. ca. 27. & 52.

b G. 4. par. 6. Epi. cõ. 8.

vnquam

vnquam paruissent. Ita nimirum multi refert ad parandam ægri obedientiam, si ipse magnum sibi ex ea adiumentum procul omni dubio futurum sperauerit. Neque tamen eos medicos probo, qui ægrotantium cupiditatibus facilius indulgent, vt mercedem ampliorem accipiant: vnde ante opportunum tempus facilè ipsis concedunt, balneum, fructus, & frigidę potum.[a] Hi enim assentatores potius quàm medici mihi videntur, & magis ipsi obedire ægrotantibus quàm imperare. Sed hos quidem mittamus, & ad optimum summumq; medicum reuertamur: quem par est tanquam ducem militibus, & regem subditis, ægrotantibus imperare.[b] Verum si in eos vnquam inciderit, qui mandata sua aspernentur, modò acerbius eos & vehementius obiurgabit, modò placidiore sermone leuiter castigabit. neque me hercule committet, vt suis ipsi cupiditatibus inseruiant. alioqui si mori ægrum contigerit, poterit facilè error alienus medico falsum crimen, & calũniam afferre. Quapropter velim etiam ipsum ita solertem esse, vt occultiora quædam ægrotantium peccata obseruet. abhorrent enim medicinas nonnulli & respuunt, vnde postea intereunt, ac se tamen sumpsisse simulant: id quod in medici ignominiam & infamiam postea facilè cedit. Ob id certas etiam medici obseruationes desydero in his rebus, quæ foris sunt. nam & cibi, & cubiculi, & assistẽtium, seu ministrorum, & aspectuum rerum quarundam, & nuntiorum, & quarundam etiam aliarum externarum rerum, rationem haberi à medico velim. ne cũ morbum propulsare ab his vetitus fuerit, mali & imperiti medici nomen subeat.[c] Cum ergo cibus & potus ægrotantibus exosus plerunque præbeatur, curam adhibeat medicus oportet, vt mundus saltem sit, ac in vasculo minimè sordido afferatur: & simili ratione cætera administrentur.[d] Idem etiam curabit, ne graui cuipiam odori ægri domicilium pateat: ne'ue excedenti calori aut frigori expositum sit, vel præ humore madeat.[e] Danda etiam ab eo opera est, ne temerè cuicunque æger credatur, sed ei tãtum experti & periti ministrent: qui non acerbè exequantur medici mandata, sed quæcunque ab eo præcepta fuerint probè exequãtur: nihil rudibus & imperitis committet, alioquin culpam ipse alienam facilè sustinebit.[f] Quoniam vero non parui refert ad curationem ægrotantium, vacuum esse eorum animum ab omni

a G. 1. meth. ca. 1.

b H. in lib. de prob.

c G. 4. part. 6. epi. cõ. 8.

d G. 4. part. 6. epi. cõ. 44.

e H. in lib. de prob.

f G. 4. part. 6. cõ. 8.

perturbatione & tristitia: iccircò prudentis medici erit, ægrotātis, rebus ita cōsulere, vt nihil aut eius obtutui, aut auribus occurrat, qd' ipsi aut tristitiam, aut pturbationem inferat. Proinde summa quoq; ab eo cura adhibēda in hoc est, vt illi præcipuè ei assistant qui ipsi sunt gratissimi: alij aūt ad ipsum non ingrediātur, vel ante eius oculos diù non obuersentur. Et hæc quidem disponet atq; exequetur, cūcta diligenter explorans. Quanq; ēt sine curiosa pscrutatione nōnulla fortuitò notabit: nā sæpe medico ægrū & ministros intuente, quispiam seruus ingrediēs nuntiat aliquem venisse, qui visere ægrotātem velit: quo æger nuntio nonnunq; statim hilaratur, nonnunq; vero mœstitia pfunditur: quasi futurum sit, vt ab hoie haud quidē beneuolo, sed simulatore potius pturbetur. Debet ergo medicus cū quispiam ingreditur, quem vultu hilari æger nō aspiciat, paulò post imperare, vt pmittatur requiescere, et hac occasione oēs excludere: nam cū ille exierit, qui parū est ægrotanti acceptus, poterūt chariores paulò post reuerti. Sed eiusmodi qdem aspectus nō ob id voluptatem inferūt, aut tristitiam, q; moueant tm oculorū sensum, sed ad mētem ptinent multò magis, & ad intimū aīum: Contrà vero, nonnulla voluptatem afferūt, quatenus à nobis cernuntur: quēadmodum & ea quę olfacimus, gustamus, audimus, tāgimus, quatenus singulos sensus afficiūt. Qua in re solertis ēt medici erit, pcuntari familiares ęgrotantis de his rebus, quæ ipsum magis oblectant, atq; vt in cubiculū ea inferantur illis impare. Non enim oēs æquè ijsdem oblectātur: sed alijs placent aliæ figuræ, aut picturæ, aut stirpes: alij alios colores amant, & flores, & germina. Est ēt idem discrimen in his rebus, quæ ad auditum ptinent: nam quædam oblectāt auditum tm, quēadmodum cantilenæ: quædam vero nō auditum modò, sed ēt aīum grauiter afficiunt: cuiusmodi sunt tristes nuntij. Itaq; vulgaribus ēt qbuscunq; notum est, optimū esse, ægrotātium notitiæ ea subtrahere, quæ cū nuntiata fuerint, eorum aīos exaspare queant: si qua vero sunt, ex qbus magnam illi voluptatem, atq; delectationem pcepturi sint, ea præcipuè ipsis exponere, ac ēt mēdaciunculis qbusdam interdum aspgere. [a] Cum vero nonnunq; ob alias ēt externas occasiones, ægrotantis curationem impediri accidat, optimi ēt medici erit, accuratè pspicere, ne qd eiusmodi occurrat. Nonnunq; enim aut ex vicinia, aut ex publicis vijs molestiæ

a G.2.par.6. cpi.cō 44.

2.de'or.f. 131.

lestiæ ægrotanti aliquæ inferũtur. [a] Quibus nocturnus somnus interrũpit: id qd' & canũ latratus haud rarò efficit. Dãda ergo ab eo opa est, ne qdquam simile ægrotantem pturbet: ne ue illum qs piam aut dictis, aut factis, ad iram cõcitet: aut tristitia atq; mœrore afficiat. [b] Siquidem ob hæc & similia peccata, hi quidem morbi qui suaptè natura minimè pnicio si sunt, sed in qbus tñ periculosa quædam mala & grauia accidũt, in exitialium naturam vertũtur: qui vero vacant prorsus piculo, ob errores cõmissos fiunt diuturniores. Quòd si multa & magna peccata ĩ his quoq; admissa sint, mutãtur ẽt ipsi in letales & pniciosos. Nec vero admiratione me hercle hoc dignum est: si enim gignũt magna peccata in benè valentibus letales morbos, quid quæso in ægrotantibus expectandum est? [c] Cæterũ cum nonnulli ægrotantiũ ita prauis moribus, ac aĩo adeò puerso sint, vt medicos deludere & calũniari studeãt: vt nihil in arte medica certũ sciri demonstrantes, eorũ auctoritatem et existimationem cõuellant, medicũ quoq; hac in re egregiè prudentem esse oportet: vt detectis eorũ versutijs iacta contra se spicula validè retorqueat. Nõnulli ergo medicamen calfaciens bibentes inscio medico, magnitudinem pulsus adaugent: quorũ calliditatem pcipere sic oportebit. Nam si non in tpe accessionis pulsus increuerit, nec vlla alia cã præcesserit, quæ pulsum potuerit concitare: sicut balneũ, aut ira, aut fricatio, vel aliud eiusmodi: quæ ppria inditia habent: veri quidem simile erit magnitudinem pulsus potu esse medicaminis effectam: Sin veroin accessionis tps id inciderit, denuo erit pulsus paulò post tangendus: nã si calor ex medicamento est, ac pulsus magnitudo ex eo calore, semp ac magis remittetur pulsus, pcedente tpe: ab accessione aũt intẽdetur. Et hæc quidem cognitio pficiscitur ex his, quæ ppria sunt artis: q; si ad horũ inditiorũ cumulum eæ quoq; notæ accesserint, quæ tum ex consuetudine, tũ ex moribus ægrotantiũ eliciuntur, certius iam pcipies id, de quo ambigis. Quidam enim minimè assueuerũt medicamentis, immo vero ea abhorrent: alij delectãtur eorũ potu, vt viuere absq; illis nõ placeat: ac vt in illis, pbabile est auctam esse pulsus magnitudinem à medicamẽto, ita in illis parũ cõstat. Ac vero, ad id ẽt non parui refert nosse ęgrotantis mores: quidã enim in struendis insidijs, & fallendis assistentibus delectãtur: vt arguant, & accusent vnumquẽq; de vanitate scientiæ: Cõ-

a G. 1. aph cõ. 1. &. 1. de cri. die. ca. 11.

b G. 1. de cri. die. ca. 11.

c G. 1. de pũsa. & pul. ca. 2.

trà, alij simplices sunt ac probi, & oia faciunt aptè, nihil simulãtes, aut celantes. In his ergo existimandũ est, nihil esse actum occultè, & furtim. Apud insidiatores suspecta sint oia. Ac vero circunspicienda distinguendaq; sunt, & quæ propria sunt artis, & quæ extrinsecus accedunt: qd mihi quondam fuit necessariũ in hoie diuite, qui medicamentis delectabatur, vt sæpissime ea sumeret: atque eiusmodi erat ingenio, vt argueret libenter circunstantes, q nihil pfectè scirent. Huius pulsus cũ maior esset factus sub accessionis tps, iussi ei vt linguã depromeret: quam cũ medicamẽto infectam cõspexissem, tetigi rursus pulsum, nihil adhuc suspicans: interim recordatus sum, q pridiè vetuissem ei sumere medicamẽtum. Itaq; eum accusaui q medicamẽtum sumpsisset: ille vero animaduertens me à linguæ colore cõiecturam fecisse, formauit medicamentum in parua catapotia, ne linguam tingeret, ac rursus deuorauit: sed nec me latuit hmõi cõmentum: inspexi enim linguam, deinde pulsum rursus tetigi: ac vbi distinxissem alia, de quibus paulò ante dixi, suspicari dè medicamẽto cœpi: cum ergo sæpius ex interuallis pulsum tetigissem (nouerã enim hoĩs puersitatem) factũ deprehendi: ac ei audacter dixi; pfectò sumpsisse medicamentũ mihi videris: qd cum ille constanter admodum negaret, & testes appellaret seruos, qui ab eo nũquam discesserant, manum ego illius apprehẽdens, ac pulsum tangens, an inquam dixi iurabis in certa verba? ad hoc non vltrà prõptè ille respondit: ac vero motũ habebat arteriarũ inæqualẽ, cuiusmodi solet ex angore esse: atqui medicamentum, subieci, planè sumpsisti, caue iures.

cap. 4. Tangẽdi ergo accuratè sunt pulsus, deinde cũ denuntiaueris id, qd proprijs inditijs cõcepisti, rursus tangendi: aĩaduertendumq; an æger quoquo modo pturbatus sit: q si oĩ sit pturbatione vacuus, vide an aliqua inditia omiseris, aut non rectè perpenderis: si vero cõmotus sit, ac tibi videatur angi, aut vereri, haud statim signo fidem tribuas: sæpe enim angũtur ægroti, non q conscij sint illius facinoris de quo accusant, sed q natura ferè sint timidi: his ergo pulsus paulò post consistit: his aũt qui verè id ppetrauerint, quãdiu à te exprobrantur, pulsus erunt pprij formidantiũ. Hac rõne præsagia eduntur non minus admirabilia q firma: vt nonnunquam assistẽtes putẽt pulsu id non esse cognitũ, sed aliquem eorũ qui viderint medico denuntiasse. [a] Nonnulli vero simulant

a G. in li. quo ægr. simu. sint depre.

se ægrotare

se ægrotare multas ob causas: quorũ ẽt simulationem à medico non ꝓcipi dedecere videtur. Si qs ergo dolorem simulet vehemẽtem, pōt eius cōmentum detegi, & ꝙ facilè tolerare videatur, vt neq; huc neq; illuc se ꝓijciat, sicut solent qui verè ægrotant: & ꝙ neq; longa medíam, neq; acrium medicamẽtorũ impositionem, neq; incisionem, aut vstionem ꝓferat: sed eiusmodi auxilia recuset: cum tñ qui vehementi dolore cruciantur, ꝓpeti quodcũq; auxilium parati sint: immo vero medicos ipsi vltrò adhortentur, vt qdquid libuerit agant ad se sanandos: & ꝙ ab illis cibis aut potibus, quibus delectare solet, nequeat se continere: & ꝙ ea ẽt mala non appareant, quæ vehemẽtibus consequi doloribus solẽt, difficulter morbũ ferre, frigere extrema, pallere: interdum quoq; frigidum exudare: & pulsus habere inæquales: ex quibus ẽt parui sint plures q̃ magni, & debiles plures q̃ fortes: & ꝙ de doloris specie rogatus, peculiarẽ affectæ parti explicare nescit. Est enim nōnullarũ partium dolor longè lateq; procedens, quarundã vero fixus & inherens, aliarũ pungens cũ pulsu, aut qui diuellere videatur, vel parti dolenti stuporem afferre, aut insidentis cuiusdã ponderis sensum: & hic ẽt vomitũ mouet, ille ventris cōturbationem, alius vertiginem cũ obtenebratione. et ꝙ eo victu æger vsus antea non sit, qui eiusmodi morbũ progignere debuerit. Atq; hæc quidem signa ex eorũ numero sunt, quæ ad artem ꝓtinent: alia vero extrinsecus sumũtur, quæ nobis suppeditat rō & cōis intelligentia: quæ licet in oibus natura insit, in paucis tñ ꝓfecta & absoluta reꝓitur, vt qd in vnaquaq; rẽ agẽdum dicendũq; sit cōprehẽdere cuiuis nō liceat. Quidam cũ à ciuibus ad cōcionem esset vocatus, cui qdem non interesse iudicabat sibi futurũ ex vsu, finxit se dolore colico excruciari: Ego vero eũ mentiri statim suspicatus sum, deinde certius cognoui: ꝙ nec fomenta, nec vnguenta, nec philoniũ, quo tñ non ignorabat quendam fuisse à me ꝓsanatum, sibi adhiberi rogabat: sed nec eiusmodi victus rō præcesserat, vt colicum posset affectũ excitare: qui & ex cruditate, & ex refrigeratione oriri solet: id qd' postea rei exitus cōprobauit: nã dimissa concione desijt clamare, tanq; posthac non doleret. Seruus ẽt qdam ex his, qui dñm in itineribus currendo comitãtur, cũ vtroq; genu diceret se vehementissime dolere, à me deprehẽsus est id simulare: tũ ꝙ ea die herus illius esset iter aggressurus, tum ꝙ men-

tiri in eiusmodi soleret: preterea ꝙ rogatus à me cõseruus qdam illius amicus & sodalis, fassus est amore cuiusdam mulierculæ eũ detineri: quapp veri mihi simile visum est, cũ longius iter dñs esset facturus, ꝙ ille se domi relinq cuperet. Erat in eius genu prægrãdis tumor, qui deterrere quidem plebeium quẽqꝫ & [illegible]pitũ poterat: intelligenti aũt & perito, manifestè constabat, ꝙ eũ thapsia excitasset. Cũ ergo nihil præcessisset, qd generare eiusmodi tumorem de repente posset: non enim cucurrerat immodicè, nõ vapulauerat ab aliquo, non saltauerat, non fossam trãsilierat: nec vero vllum aderat repletionis inditium, cũ nec lautiore, nec pleniore victu vsus antea fuisset: statim illius simulationem cõpertam habui: qbus qdem signis id ẽt accessit, qd cum eũ ego pcontarer de specie doloris, nec prõptè, nec eadem respõdit: quare cũ dñs iam abiret, imposito medicamẽto, qd minimè leuare dolorem poterat, sed tm refrigerare affectũ à thapsia genitũ, post horam fateri cœpit se prorsus à dolore esse liberatum: qui tn si verè ab inflãmatione genitus fuisset, non solũ non desijsset ob medicamẽti refrigerãtis vsum, sed vehemẽtior vticꝫ euasisset. Sic ergo instructus medicus atcꝫ institutus, in eo præcipuè sibi elaborandum eniten dũcꝫ sciat, vt ad pristinã valetudinem ægrotantem reuocet.[a] Nã arti medicæ sanitas ipsa, pposita est; ppositam vero sanitatem adipisci, est artis eiusdem finis.[b] Necꝫ tn eam medicus semp consequitur: sed interdũ illi idem accidit, qd iaculatori: qui cꝫuis ꝓposuerit telorem obiectã ferire, tn ab ea nonnuncꝫ aberrat. Quòd vero medicus aliqn non sanet, ob cõiecturas accidit, quę multas qdem occuparũt artis ipsius partes.[c] Quãuis enim cognita affectione, certa & minimè dubia subsequatur curandi rõ, tn ea parte præcipuè opinabilis ars est, qua de signis agitur.[d] Efficit præterea cuiuscꝫ rei modus eãdem valdè coniecturalem: nã & si tps opportunum cibi exhibẽdi, & eiusdem qualitatem, pbè agnoscis, tn qtum dari conueniat cõpertum non habes. Et eadem ẽt ambiguitas repitur in vsu eorũ medicamentorũ, quæ purgandi cã ægris offerimus.[e] Ac sanè fieri nequit, vt cꝫtum ex quacũcꝫ re dandũ sit, aut calamo qsquam, aut verbis oĩno exprimat.[f] Verũ cõiectura hoc artificiali medicus assequatur oportet: qd quidem cuiuslibet nõ est, sed eius tm, qui vim oĩum eorum, quæ sub arte cadũt, facultatemcꝫ didicit; & qui memoria vigeat, ac in artis opibus diligenter

a G. ĩli. de sec. ca. 1. & ĩli. de opt. sec. ad thr. ca. 5.
b G. 2. de cri. ca. 2.
c G. 2. de med. sec. lo. ca. d dolo. cap. ex spũ fla. et ĩli. de plenit. ca. 2.
d G. ĩli. d phlo. c. 12. et. 2. reg. ac cõ. 37.
e G. 2. meth. c. 3. &. 1. ad glau. ca. 8.
f G. 2. reg. acu. cõ. 37.

& accurate

& accuratè sit versatus. [a] Nec vero in hãc artem irrepserũt coniecturę, ppter ea pręcepta, quę Greci theoremata appellãt: ea enim in omni arte æquè firma sunt atq; stabilia: sed ab opibus medentium præcipuè manarũt: quorũ euentus non sunt admodũ certi. [b] Proinde cum nunq; errare suprà hoiem sit, prarò vero falli hois sit artificis, meliorem esse medicũ eũ statuo, qui rarius decipitur. [c] Et eũ valdè, pbandũ censeo, cuius errores minimè sunt insignes. Nec vero malè mihi videntur sentire, qui medicos impitos cõparant malis nauiũ gubernatoribus: sicut enim minimè pcipiuntur, istorũ errores tranqllo pelago et pacato, in magnis vero & aduersis tẽpestatibus pspicui sunt, ac tunc cuiuis liquet pp imperitiã gubernatoris naufragium contingere, ita impitorum medicorũ errores, in leuibus morbis latent vulgarem quẽq; & inexercitatũ, qm̃ non eueniũt ex illis magnę offensiones: multi vero sunt eiusmodi morbi, & lõge plures q̃; graues: at vero in magnis morbis atq; piculosis medicorũ inscitia ita demũ detegit, vt occultari nequeat. [d] Sed tñ absurdũ esse duco, velle ob id funditus medicinam tollere, qd' oẽs non sanat: longe vero absurdius mihi sentire videtur, qui dicũt eos, qui sanantur, nõ vi artis, sed casu euadere, & fortunæ auxilio. Primũ enim q oẽs medicina morbos non pellat, vitio ei dãdum non est, qm̃ deploratis se opem ferre non pfitetur. Qui vero calamitatem obijciũt eorum, qui à morbo non multũ graui conficiũtur, cur non id quæso potius tribuant intẽperantiæ ægrotantiũ, q̃; medicos accusent? quasi medicus possit errare, nõ possint ægroti. Eqdem credibilius esse arbitror, nec velle ægrotãtes, nec posse, præcepta medicorũ exeq, q̃ non opportuna à medicis impari: nam qui valent mente, & corpore, cũ ad ægros curandos accedũt, secũ præsentia & præterita reputant: ac præsentibus eos conferẽtes, qui simili morbo antea laborarũt, hac eosrõne sanari posse intelligũt: Aegrotãtes aũt ipsi nec quo detineant morbo, nec quæ sit morbi cã pcipientes, ac ignari ẽt eorum, quæ ipsis euentura sunt, plurimũ perturbantur: & præsentia quidẽ dolent, futura vero metuũt: interim morbo pleni, cibis vacui, magis amplexantur quæ cupiunt, q̃; quæ ipsis forent salutaria: non qa mori malint, q̃; sanari, sed q morbi acerbitatem perferre nequeunt. Quòd si medicinã quispiam obijciat artem non esse, qa non pauci sanescũt absq; medico, huic responsum esse velim, absq; medi-

a G. 1 li. de opt. secũ. ca. 4.

b G. 3. prę sag. cõ. 46.

c H. in lib. de pris. medi.

d H. 1 li. de art.

cinæ ope hoc non contingere. Quãdam enim rõnem secuti sunt, & si imprudẽtes, quæ medicinæ tñ est ꝓpria: sine qua ne medicus q̃dem eos sanasset: cogũtur enim & qui medico non vtũtur fateri se sanatos esse, ꝙ aut hoc egerint, aut ab illo fugerint. Fortunã vero à medicina prorsus seiungẽdam nõ censeo: nã qui malè curãtur, malam ẽt arbitror sortiri et aduersam fortunam: secũdam autem, q̃bus idonea medela adhibetur.[a] Sed & illi mihi soli videtur optata conseq̃, aut ꝓposito fine frustrari, qui benè aut malè agere aliq̃d norunt: voto enim potiũtur ꝓti, aduersam expiuntur indoctũ fortunam.[b] Ergo & si eos non ꝓbo, qui à medicina fortunam penitus abducũt, tñ ꝙ quisquam sanetur soli arti tribuẽdum puto: qm̃ qui ea vsi sunt, & illi se subiecerũt maximè sanantur: quare non est, ꝙ se cõualuisse fortunæ tribuãt: immo vero medicinę gratias agere cogũtur, cui q̃dem ipsi sua se sponte crediderunt, & cuius ẽt vim ꝓfecto opere dilucidè cognouerunt.[c] Qui igitur medicinam ꝓbè callet, parũ admodũ fortunam estimabit: nam & absq; ea, & cum ea, nunq̃ non rectè aget: ipsa enim sibi tota nititur medicina, et ꝓparum fortuna indigere pulcherrima videtur illius inuẽta: imperat enim fortuna, & nullius impio subiacet: neq; vero eã flectere, aut arbitratu suo moderari cuipiam est cõcessum: sciẽtiæ aũt nos imperamus, & ea nobis paret, cũ gnari illius vti ipsa volumus: Quid enim fortunę queso medicina indiget? planè enĩ morborũ medicamẽta si nobis ꝓspecta sint, minimè desyderãt opem fortunæ: sed ex se quatenus medicamẽta sunt, ad valetudinem reuocant ægrotãtes. Quòd si (fauẽte fortuna) opportuna maximè dari medicamenta dixeris, non plus opis me hercle medicamentis inerit, q̃ꝫ alijs rebus: quæ si propitia fortuna & ipse in morbis dentur, sanitatem cõferunt. Nihil ergo medicus fortunæ cõfidet, sed artis semp̃ inhærebit pręceptis. In primis vero opam dabit, vt & morbũ ipsum, & affectũ locum teneat.[d] Qũo enim ad curationem accesserit, nisi morbũ antea cognoscat? Si q̃dem non aliã ob causam eum in cognitionibus morborũ versari oportet, q̃ vt ad curationes inde se trãsferat.[e] Nãq; morborum agnitionem, et præsensionem eorum, quæ euentura sunt in morbis, curatio sub inde cõsequitur. Est enim necessariũ vt præsentia ꝓcipiat, & ex illis futura prouideat, qui valido quopiam auxilio est vsurus.[f] Ac vero partes eæ quæ sunt in sup̃ficie corporis facile cadũt sub sensum,

a H. ĩli. de lo. in ho. circa fi.

b H. in lib. de arte.

c H. in lib. de lo. in ho.

d G. 1. reg. ac. cõ. 3.

e G. 10. meth. ca. 6.

f G. 1. de lo. af. ca. 1.

2. de or. f. 117.

ſum, vnà cum ſpecie nocẽtis morbi: quæcunq; vero in profundo ſunt abditæ, viro eo indigẽt, qui & cogitatione, & mente verſatus ſit in cognoſcendis actionibus, & vtilitatibus ſingularũ partium: & qui potiſsimũ in anatomia fuerit exercitatus. Cum enim nulla actio ledi poſsit, quin ea pars affecta ſit, quæ illam gignit, ob id cũ partem affectam inuenire volumus, primũ inueſtigare oportet, qd ſit actionis leſæ inſtrumentũ: deinde inquirere, quæ ſit morbi rõ: num affectio ſtabilis & conſtans, an ea quæ adhuc fiat, nec dũ pmanentiam aſſumpſerit: qd ſi adhuc fiat, vtrum cã quæ affectũ gignit exiſtat in ipſa affecta parte, an ab alijs partibus veniẽs ſolum tranſeat per illam. Vt vero actionũ offenſiones, tm̃ demonſtrant affectam partem, ita differentiæ earũ offenſionum indicãt illius affectũ. Demum affectorũ locorum notæ ab actione leſa, ab excrementis, à poſitu, à doloris proprietate, & à peculiaribus accidẽtibus eliciuntur. Affectuũ vero, ab excremẽtorum ſpecie, à loci natura, à doloris proprietate, & à peculiaribus accidentibus ſumũtur. Scientia vero pulſuũ quanto auxilio in cognoſcendis morbis medico ſit futura, qd me attinet dicere? Celeber enim ille, & nunq̃ ſatis laudatus Hippocratis expoſitor, pluribus hoc libris planẽ demõſtrauit: in qbus adeò hac ipſe in re elaborauit, vt nihil cuiquam reliqui fecerit. [a] Hãc vero partem medicinæ Hippocrates non attigit, ꝙ eam aut ignorauit, aut certe non digeſsit, qm̃ de ea ſcribere dignum non putauit. [b] Verumtm̃ cum primus ipſe oĩum, quorũ memoria ad nos pueniit, pulſus nomen literis pdiderit, veri ſile non eſt, vt huius partis ipſe ignarus extiterit, ſed ꝙ ea potius ab eo elaborata admodum non fuerit. Tu vero huic parti operam dabis, [c] Et rõnem primũ exercebis ad hunc vſum, deinde tactum: vt in ipſis artis opibus pulſum poſſis cognoſcere, nec vero ſola rõne iudices. [d] Neque te longitudo tpis deterreat, quæ requiritur in pcipiendis quibuſdã pulſuum differẽtijs: nam vberiorem fructũ inde pcipies. [e] Proinde bene valẽtium pulſus ẽt obſeruabis, vt quãtum illi in ægrotantibus à ſtatu naturali ſint cõmutati planè intelligas. Qm̃ vero medico non licet hoc expiri in oĩbus: nam ſæpe ei occurrunt multi ægroti, cũ quibus dum ſani eſſent non eſt verſatus: optimum artificem oportet hac ẽt in re plebeio præſtare: præſtabit vero ſi cõparauerit ſcientiam, qua ea teneat, quæ multis ſunt cõia: cuiuſmodi ſunt ſexus diſcrimina, tẽ

Cap. 4.

Cap. 5.

a G. 3. de cri. ca. 2.

b G. 1. de pul. differ. c. 2. & i li. ꝙ aĩ mo. c 8

c G. in ĩtr pul. c. de pul. pleu.

d G. 1. de cog. pul. ca. 1.

e G. in intro. pul. c. 4.

paturę, corporis habitus, qualis sit puerorum pulsus, qualis mulierũ: qualem habeant calidæ naturæ, qualem frigidæ: & quo sint pulsu graciles, quo vero pingues. Quãuis aũt pulsuum scientia ad morbos cognoscẽdos plurimũ conducat: [a] Tñ præcipuus est illius vsus ad pcipiendũ robur vitalis facultatis: pulsus ergo in hac re potissimũ attendet. [b] Quẽadmodum in morbis iecoris & venarũ vrinas: affecto aũt ventre inferiore deiectiones: & screationes siue sputa in morbis earũ partium, quæ respirationi seruiunt. [c] Cũ vero supantem in vniuerso corpore dijudicare succũ voluerit, sudorem pspiciet: & eius colorem pquiret, & saporem: offert se statim obtutui medici color: sapor ab ægrotante indicetur: cui qdem impandum est vt eũ degustet: nisi ex fronte eo in os dilabẽte casu id acciderit. Horũ igitur oĩum sciẽtiam medicus habeat oportet. [d] Et item anni tẽporum, ventorũ, aquarum, & regionũ. Considerabit enim conuersiones tẽporum, & quantũ quodlibet tps potens sit: & qui venti calidi sint aut frigidi: qui oĩbus cões, & qui singulis regionibus peculiares. Perueſtigãdæ ẽt aquarę facultates: sicut enim sunt plurima discrimina aquarũ in gustu & pondere, ita ẽt diuersæ sunt earũ vires, & multũ inter se desidẽtes: de qbus suo loco à nobis dicetur. Regionum quoqꝫ & vrbiũ situm scrutabitur, & oppositionem earũ ad ventum & ad solem: num ad septẽtrionem, an ad austrũ sint versæ: an solis occasui, an ortui obiectę. Perspiciet ẽt quales sint in ipsis aquę: an palustres, & molles: an duræ, & ex sublimi delabentes: an ex petris scaturiant, & vtrũ salsæ sint, aut crudæ. Terram insup ipsam diligenter contẽplabitur, nuda'ne sit & arida, an arboribus cõsita, & irrigua: humilis'ne, & æstuosa, an alta & frigida: & qua vtantur incolæ victus rõne: num vino, & crapulæ, & desidiæ sint dediti, an vero exercitationibus gaudeãt, & ad labores pferendos sint habiles, & cibo potius q̃ potu delectentur. Qui enim istarę rerę pitus fuerit, nõ solũ morbos poterit peculiares & pprios, vel in vrbe ignota cognoscere, sed ẽt vniuersam totius regionis naturã: quapp nec in cognitione morborę hærebit, nec falli in curatiõibus poterit, cũ ad quẽpiam ægrotantem fuerit accersitus. [e] Itaqꝫ pspicuum est, medicũ oportere in oĩbus ad artem ptinentibus esse versatũ, atqꝫ natura prudentem: [f] Et artificem antea fieri, q̃ ad operũ exercitationem sese conferat. [g] Verum qa medico non licet cunctos sanare, scire oportet,

a G. 1 li. 8 phlo. c. 1. 19. & 1 li de cõsti. med. c. 18
b G. 1 de cri. c. 7.
c G. 4. de sani tuẽ. c. 2. 4.
d H. 1 li. de loc. ac. & aq.
e G 8. meth c. 9.
f G. 2. de crisi. c. 1 8.
g G 1. aph. cõ. 8. & 2. aphor. cõ. 29.

re oportet, prudentis primum esse, abstinere ab eis, qui seruari ne queunt, ne infortunatus euentus ei tribuatur: deinde futurũ interitum astãtibus prædicere. [a] Neq; enim æquũ esse duco, in salutis certa despatione remedia multis salutaria apud vulgares neqcq̃ infamare: & vbi ꝓfectus esse nullus pōt, suspectum eorꝝ vsum, & formidabilem apud alios reddere. [b] Quòd si medico morbus occurrat, qui exigua spe curatiōis relicta in exitium tenderevideat, tunc qdem absurdũ nō erit, vel cum ꝑiculo, vt inqt Thucydides, aliqd tentare: qbus enim nulla alia sanationis ratio supest, & quæ vnica est relicta ꝑiculo non vacat, his expedit anceps & periculosum remedium expiri: q̃tò enim melius est nonnulla cũ spe aliqd agere, q̃ꝝ uis absq; periculo non liceat, q̃ sine vlla spe certo exitio ægrotũ relinquere, tãtò p̄stat magnis qbusdã, & validis remedijs contrà morbum pugnare, q̃ ad salutem ægrotantis nihil expiri. Nec vero medicum dedecet in morbo prorsus exitiali, quidpiam moliri ad vitam ægrotantis ꝓtrahendam: præsertim si necessarius qspiam, & ipse adeò ægrotus, aliqd ad vitam addi tꝑis, q̃ illicò interire malit. Sed hoc tñ cum præfatione aggredi medicus debet, & necessarijs indicare, non se ad curationem, sed ad vitę ꝓtractionem remedia cōferre. [c] Est ẽt optimi medici, non modò morbos curare, sed ẽt præsagire, quæ in ipsis euentura sunt. [d] Tria enim manant ex præsagatione ꝑcipua emolumenta: nam primũ sibi obedientiores medicus efficit ꝑsagitionibus ægrotãtes: deinde futura ꝓuidẽs, multò ante occurrit: ac demum oẽm calũniam deuitat, in quam ob interitum ægrotãtis posset incurrere. [e] Scire tñ licet boni & summi medici officiũ non esse, quæ iam aĩam agentibus accidũt præsagire: bonorum enim medicorũ interest, non ea quæ plebeius quisq; & rudis cognoscit prædicere, sed quæ ab illis ignorãtur: & cum æger non videtur malè habere, impendens ꝑiculum denũtiare. [f] Verum qm̃ à veritate aberrare in præsagitionibus accidit, vel q̃ se medico obedientem æger non ꝑbuerit: vel q̃ hi, qui ægro assistunt quẽpiam errorem cōmiserint: vel q̃ extrinsecus aliqd obtigerit qd' curationem euertat, verbi gratia, si qdpiam nuntiatum, aut factum fuerit, qd' ad iram ꝓuocet ægrotantem, aut ei tristitiam inferat: vel si qd noctu euenerit, quo somnus sit interruptus, ob id præsagitiones statuo nō simpliciter debere ꝓnuntiari. [g] Sed sic futurũ, sicut præsagitum est, si & mãda-

a G. 11. meth. ca. 9.
b G. 10. meth. ca. 10.
c G. 4. de cri. die. ca. 11.
d G. 1. ꝑsag. cō. 1.
e G. 5. de spi. diffi. ca. 8.
f G. 1. apho. cō. 1.
g G. 2. partic. 6. epi. cō. 44. & in li. de cōsti. med. c. 18. & 1. de cri. di. ca. 11.

tis tuis æger obediat: nec in aliquo peccetur aut ab ipso, aut ab assidentibus: neq; aliqd extrinsecus eueniat, qd' curationem euertere simul et præsagitionem possit. Ob id enim ab Hippocrate dictum est:[a] Non tm̃ necessarium esse, vt suo medicus munere, pbè fungatur: sed vt æger quoq;, & asidẽtes nihil peccent: neq; vero aliqd foris incurrat, qd' vllum incõmodum, aut detrimentũ afferre possit.[b] Quãuis aũt prædictiones interdum fallant, tm̃ nolo medicum deterreri, sed oĩ diligentia potius & studio cõtendere, vt si non semp possit, saltem plerũq; vera prænuntiet, prarò aũt erret.[c] Cũ enim nunq̃ errare suprà hoiem sit (sicut à me suprà ostẽsum est) artificis aũt solius raro admodũ falli, scire oportet eum in prę sagitionibus alteri p̃stare, qui rarius errauerit.[d] Quòd si medicus qdq̃ non habeat, qd' possit firmè prędicere, non ignorandũ est, satius ei tũc esse, vt taceat, q̃ vt temerè, pnuntiet.[e] Quòd vero ad curationes attinet, nihil despiciet, sed oĩa accuratè cõtemplabitur in morbis, & obseruabit: nihil in illis frustra euenire putabit.[f] In primis vero opam dabit, vt ægrotantibus, psit, aut certè ne qd obsit.[g] Qd' quidem præceptũ poterit aliqbus fortasse videri paruũ & leue, nec vero ipsius Hippocratis diuinitate dignũ: quis enim est nescius oẽm medici curam oportere in hoc versari semp, vt boni aliqd efficiat in curationibus, si possit: sin minus, vt certè ne qd mali? Sed tm̃ illud ego summe vtile et necessariũ esse censeo: qppe nõ me latet multos celebres medicos, de his quæ egerant, iure aliqm̃ potuisse reprehẽdi. Quid ergo si tu quoq; sanguinẽ mittendo cũ sanare deberes morbũ exasperes? Quid si balneum ægrotãti cõcesseris in eius pniciem? Quid si medicamentũ dando hoiem occidas? Quid si vini, aut frigidę potũ aquæ, ægro dederis parę prudẽter, nõne à te æger grauiter offenditur? In quæ qdem peccata potuit Hippocrates quoq; ipse fortasse nonnunq̃ delabi: quæ eũ res pmouit hoc vt salutare præceptum posteris relinqueret. Vsurus igitur medicus magno quopiam remedio, non secũ modò prius cogitabit, q̃tum ægro sit, pfuturus, si res benè cesserit, sed ẽt an ei possit obesse, si frustretur optato fine. q̃uis nõnullos planè reperies, qui nullo cõsilio, sed temerè, vt sors dederit, ægrotãtibus remedia adhibent: quorũ frustratio summam non afferre offensionem non põt.[h] Equidem officiũ medici esse arbitror, vt tutò curet, & vt ægri vtilitatem sibi semp pponat, & cõmodum. Proinde cum

a Pri. apho. 1.

b G. 1. p̃sag. cõ. 1.

c G. 3. p̃sag. cõ. 46.

d G. 1. de crit. ca. 12.

e 2. partic. 1. epi. 25.

f H. 2 part. 1. epi. tex. 50.

g G. in cõ. & 1. de med. sec. gene. ca. 16.

2. de or. f. 136.

h G. 12. meth. ca. 1.

de cum dolor q̃ſpiãm in morbo ſupuenerit, in quo auferendo ſi imoreris morbi curationem ꝓtrahas, vbi eũ ingẽtem & vehemẽtem videris, vt ægrotantis vires plurimũ debilitet, oẽm curam & ſtudium in illius leuatione adhibebis. Si vero tãtus non ſit, vt curationem reqrat, ſatius erit contra morbũ prius pugnare, q̃ in gratiam deliciati ægrotãtis in doloris non multũ grauis curationibus morbum ꝓtrahendo inſiſtere. Ita illud ſapientis illius dictũ ſecum in aĩo medicus verſabit, vt ne qd nimis: ne dum aduerſus morbũ ꝓtinaciter pugnat, nullam habẽs doloris vel acerbiſsimi rõnem, ſæui hois nomen ſubeat: vel dum ægrotãtis delitijs aſſentitur, potius adulatoris, q̃ medici officium præſtare videatur. [a] Qd' equidem deterrimũ eſſe exiſtimo: quam ob cauſam ſæpius qdem diuites q̃ paupes periclitantur: cum enim diuites magis indigeãt ſanguinis miſsione q̃ inopes, ꝓpea q̃ gulæ & deſidiæ magis ſunt dediti, attñ aſſentatores hi medici ægroto remediũ illud ſalutare ꝓp delitias recuſanti indulgere minimè verẽtur. Itaq; illo omiſſo ad alia ſe cõferunt, & accuratiorem diligentiam adhibentes, quotidie aliquid moliũtur ad ægrotantis curationem. Sic enim arbitrãtur opportuni remedij omiſsionem aliorũ ſe poſſe vſu cõpenſare: ad qd' ẽt ipſi medicos impellunt: qui negligentis eſſe arbitrantur, ſola victus rõne pugnare contra morbum: quodcũq; aũt agere diligẽtiam exiſtimant. Proinde medici iſti quotidie imponunt præcordijs eorũ aliqd' cataplaſma: tum ab ipſis compulſi ægrotãtibus, tum q̃ agere quidpiam ſemp volunt videri: maiorem ita ſe mercedem accepturos ſpantes: ex cuius vſu parũ ſanè opportuno, aut in iecore, aut in ventriculo inflãmatio oritur: ita eo ipſo tẽpore inflãmatio in diuitibus incipit, quo in paupibus morbus ꝓpè iam deſijt. [b] Nec vero medicum dedecere puto, ad ea deligenda quæ dubitationem afferũt, petere vt alij medici adhibeantur: vt cõi conſilio decernatur de morbo, & eius remedijs. Nec tñ placet hãc haberi diſceptationem coràm ægroto, nec ipſos medicos inter ſe alium cũ alio cõtendere, & cõuicijs ac ꝓbris concertare: ſi quidem auctoritati eorũ detrahit hoc plurimũ, & exiſtimationi. [c] Erit ergo medici præſtantis officium, vt tutò, vt celeriter, & vt ſine dolore curet. [d] Proinde rõne & experientia nitetur: celerrime enim qd' quæritur rõ comperit, fidem vero illius comprobat experientia: [e] Quam quidem pro norma habebit ad ea, quæ excogi-

a G. 11. meth. ca. 15.

b H. in lib. de præcep.

c G. 14. meth. ca. 13.
d G. 5. de ſani. tuẽ. ca. 11.
e G. 6. de ſani. tuẽ. ca. 14.

tauerit. Summè enim pnicioſum humano generi eſſe arbitror, ea literis & monumentis à medico mandari, quæ ipſe nunq̃ fuerit exptus. Qd'ſi ei viſum vnq̃ fuerit quidpiam hmõi ſcribere, fateri ſaltem non pudebit, piculum ſe illius nõ adhuc feciſſe.[a] Nec vero alijs fidem ipſe temerè adhibebit: nõnulli enim medicamentũ aliqd' laudibus in cœlum extollunt, qd' ſi expiri poſtea volueris, parũ vtile eſſe planè compies. Ita quendã olim nos redarguimus, cũ multa ille & admirãda temerè effutiret, de ſuo quodam aduerſus podagram medicamento: nam cũ de eo ſe ille adhuc iactaret, fortè euenit, vt qdam ad nos accederet, leui adeò podagra laborans, vt ei gradiendi vis nundũ eſſet ablata: in quo quidem hoie iuſsimus vt artis ſuæ piculum ille faceret. Verũ medicamento ipo ſito æger tota nocte nõ dormiuit: poſtera vero die nõ modo ſicut ante ambulare nõ potuit, ſed ne geſtari quidem ſe pferebat. Ita ſanè aliquos compias, qui alijs temerè credũt, nullo facto piculo de ea re, quam illi laudarunt: nonnullos vero adeò quidem improbos & mẽdaces, vt alios conſultò fallant. Sed hos quidem miſſos faciẽtes, & à cœtu nobilium medicorũ explodentes, ad noſtrũ inſtitutum reuertamur.[b] In ipſis ergo curationibus operæ pretiũ eſſe arbitror, vt medicus illis potiſsimũ medicinis vtatur, quæ experientia fuerint cõprobatæ: ab illis vero abſtineat, quas ipſe nunq̃ fuerit exptus.[c] Ita album Heræ emplaſtrũ nunq̃ ipſe ſum auſus in morſu canis rabidi expiri, q̃uis à ſuo id auctore plurimum cõmendetur: ſed eo medicamẽto potius vtor, qd' ex cãcris paratur: qm̃ mihi comptum eſt, qd' ſemp ſanet: vbi vero præſtò illud non fuerit, ad quædam alia me cõfero, quæ me fallere nunq̃ conſueuerunt: nam in morbo tã graui non mihi æquũ videtur, medicamẽta iãdudum pbata omittere, atq; curioſæ expientiæ gratia, egrum piculo exponere: nam Hippocrates quoq; ipſe, vetuſtiſsimus parẽs medicinę, ob id, niſi fallor,[d] Periculoſum eſſe expimentum dixit:[e] Nõ enim lateres, non cementa, aut ligna, nec lapides, aut tegulę, materies ſunt medicinæ, ſicut aliarũ artium: in quibus licet ei ſine iactura varia expiri, & multis modis materiem tractare, qui in artis pręceptis ſeſe exercet: quẽadmodum in lignis faber, in corijs coriarius: nam ſi ligna quiſquã, & coria impitus vitiauerit, nihil inde piculi: in humano aũt corpore, ſummum diſcrimen eſt, ea te expiri velle quę nunq̃ antea fueris exptus: cedit enim mala experientia

a G. 1. de f. m. 62. 27.

b G. 5. de medi ſec. 10. c. 1.

c G. 1. de med. ſec. gene. c. 16

d G. 1. aphor. apho. 1.

e G. in cõ

perientia in ægrotantis pniciem.[a] Quemadmodum aũt remedia rõne inuenta sunt expientia cõprobanda, ita nunq̃ à rõne separari debet expientia: neq; illis remediis et curationibus assuescendũ est, quæ rõni minimè sunt cõsentaneę: nã pp malũ eum vsum labimur iprudẽtes in magna peccata: si qdem offensiones illas putamus euenisse ex alio quopiã errore: ita hac opinione falsi, ñsdẽ erroribus semp iplicamur: nec vero licet nobis in hoc errore, trãsire ad meliorem curationem. Itaq; imitari Hippocratem melius est, qui ab ipsa rei natura ductus ad inuentionem idoneæ curationis pficiscitur, deinde inuẽtam rõne curationem vsu maximè cõprobat. Est aũt difficile aliqd' remedium inuenire, qd' possit admodũ pdesse, & nihil oino noceat: hoc vero accidit, tum pp implicationem eorẽ affectuũ, qui corpora contrà naturam occupãt: tum vero ob causas eorẽ antecedentes: deinde ẽt pp ea genera malorẽ, quæ morbis ipsis interuenire solent.[b] Verẽ & si oia medicamenta ad aliqd relata partim qdem pdesse, partim ẽt obesse possunt, tñ ob impitiam medicorẽ plerũq; accidit, vt qd' pdesse deberet, ob vsum haud satis cõgruentem obesse videatur. Vnde qd' ab Herophilo dictum est, verũ esse constat: medicamẽta ex se nihil esse, & eadem quasi manus Dei videri: nihil enim sunt, cũ ipsis medicus parẽ recte vtitur: quasi vero manus Dei existimant, cũ ritè pbeq;, ipsa administrauerit: Sic enim magna emolumẽta ægrotãtibus afferunt. Qui ergo medicamẽtis rectè vsurus est, eum sanè & exercitatum in methodo rõnali, & prudẽtem esse oportet.[c] Est enim iudicium me hercle difficile:[d] Nam cũ plura adhibueris ægrotãti remedia, qd' eorũ pfuerit, aut obfuerit haud facilè pcipies. Si enĩ æger benè dormiuit, deinde post somnũ est vnctus, postea impositum ei cataplasma fuerit, tum in aluum ex partibus inferioribus nõnulla iniecta sint, aut eadem spõte aluus fluxerit, demũ cibi interuenerint hi aut illi, ægrè admodũ iudicabis, quo eorũ morbus remissus aut exaspatus fuerit. Cũ ergo iudiciũ difficile sit, & expimentum piculosum, ac occasio præceps & momẽtanea, nõ potuit ars medica longa non esse: nostra aũt vita breuis cum sit, si cũ artis amplitudine conferatur, & artis ipsam excedat magnitudo, vt inchoari eadem & absolui, vel ab hoie laborum plurimũ pferẽte nequeat, necessariũ planè fuit, ea vt quisq; literis mãdaret, quorum notitiam assecutus esset, & posteris scribendo impertiret: ita

a G. ii. meth. ca. 15.

Cap. 11?

b G. 6. de med. sec. lo. ca. 1.

c H. 1. aphor. apho. 1.

d G. in cõ.

plures necessariò habuit medicina scriptores. [a] Ex qbus diuinum illum Hippocratem longè alijs anteferẽdum censeo. [b] Qui oĩum medicorꝝ & philosophorꝝ princeps fuit: [c] Naturæ enim opa primus cognouit. [d] Nam cũ bonus ꝓbusq; esset, idem non honori, nõ gloriæ, sed veritati inseruiuit: [e] Ob id oĩum veracior, & iudicandi ꝑtitissimus, oĩum consensu habitus est. [f] Idem recta via primus institit, [g] Ac oĩs methodi auctor fuit. [h] Cuius decreta & recta sunt, & vera. [i] A qbus Plato qdem ipse nunq̃ discedit. [k] Huius iste imitator si quisq̃ alius fuit, ac maxima sumpsit ab eo ad artes ꝑtinentia & scientias præcepta. Nihil aũt in eius scriptis ab eo falsi dictum, [l] Nihil frustra literis cõmissum compies: [m] Sed oĩs dictio, & syllaba, atq; ẽt litera, non inutilem signficationem habet. [n] Ac vero cum eorꝝ oĩum diligentissimus obseruator extiterit, quæ in morbis accidũt non tñ à se oĩa scribi dignũ putauit: [o] Sed cũ naturam rerꝝ specularetur, alia vero negligeret tanq̃ casu euenientia, [p] ea de industria prætermisit, quæ plerisq; medicorꝝ nota esse ꝑspexit: pauca ergo eorꝝ scripsit, quę ꝑtinent ad ipsam affectionem, quæ ægrotãtem in ꝑiculum adduxit: ꝑmulta vero alia à vulgaribus quidem ignorata, artificialem aũt admodũ, & absolutam notitiam exhibentia, monumẽtis suis cõmittere maluit: quæ ẽt fieri põt, vt ab optimis medicis fortè ignorẽtur: Contrà qdem ac Thucydides: qui diram illam pestilentiam Athenienſiũ describens, cuncta recẽsuit: vel ea quæ vulgo ꝑspecta sunt minimè prætermittens: non enim tanq̃ medicus scripsit, sed vt idiota vulgaribus; at vero de re medica ita quidem Hippocrates ille cõscripsit, ac si scripturus artifex artifici foret. [q] Quapp eum ẽt videbis multa paucis verbis sæpius cõplecti. [r] Verũ & si oĩum medicinæ bonorꝝ auctor nobis Hippocrates extitit, [s] tñ nec ipse oĩa ꝑfecit, & quædam ẽt non satis distinctè, aut multum clarè scripsit: sicut primis inuẽtoribus vsu venire solet. Proinde celeberrimus illius interpres, obscura dilucidare, ambigua distinguere, omissa addere, & si quid ab eo sine demonstratione dictum est, demonstratione corroborare, summo studio & diligẽtia elaborauit: [t] Qui cum & ipse gloriæ cupidus non esset, sed veritatem in primis sectaretur, ita quidem in hoc negotio fœliciter se gessit, vt cæteros medicinæ scriptores longè supauerit: quæ quidem ei res non multũ ardua, nec admodũ difficilis fuit: [u] Qm̃ statim ab adolescentia philo

sophiæ

a G. 1 de spi. diffi. ca. 4.
b G. in li. ꝓ aĩ mor. corp. tẽp. seq. ca. 7.
c G. 1. de nat. fac. ca. 15.
d G. in li. de atra bile. c. 7.
e G. 2. de cri. die. ca. 1.
f G. 2. metho. ca. 6.
g G. 5. metho. ca. 10.
h G. 1. de nat. fac. ca. 15.
i G. cõtra Iul. ca. 4.
k G. 1. de vsu. par. ca. 8.
l G. 2. de crisi ca. 3. & 2. de spi. diffi ca. 8.
m G. in li. de coma. ca. 3.
n G. 2 de spi. diffi. ca. 3.
o Cap. 5.
p Cap. 7.
q G. 1. de vsu par. ca. 9.
r G. in li. de phlob. contra Era. cap. 1. & 1 ad Glau. c. 1
s G. 6. meth. ca. 4. & 9. metho, ca 8.
t G. in li. de cõsti. med. ca. 7. & 7. metho. ca. 1.
u G. 9. metho. ca 4.

ſophiæ ſtudio incenſus, nauiter ei opam dedit: deinde in ſomnis à patre monitus ad medicinæ ſtudiũ ſe contulit: & opibus magis tota vita q̃ verbis, in vtraq; ſcientia eſt verſatus.[a] Ipſe igitur ille eſt q̃ relicta nobis ab Hippocrate tã ſalutaria ſemina ſeruit primus, auxit, & ad maturitatem pduxit: quæ bonis agricolis planè indigebãt: qua in re ſupiores ſcriptores longè ſuperauit, poſteriores, vero ſua vbertate oẽs locupletauit.[b] Quæ vero ad medicinalem materiam attinẽt, ita diligenter, ita dilucidè, ita copioſè à Dioſcoridе ſunt quinq; libris explicata, vt ei primæ partes oĩum cõſenſu in hoc munere tribuant. Ergo tribus his ducibus & magiſtris antiquæ medicinę, nihil eſt qd vereare, qn optimus medicus euadas.[c] Sed tñ neq; his auctoribus, neq; alijs ſcriptoribus, ita te addictũ eſſe velim, qn eorẽ ſcripta accuratè examines, & vſu rõneq; cõprobes: non enim placet, vt vel Hippocrati ipſi temerè fidem præſtes.[d] Quãuis enim eius auctoritatem ipſe quoq; plurimi faciam, tñ noli arbitrari ei me tanq; teſti fidem tribuere, ſed q̃ illius qdem rõnes firmas & cõſtantes cõperio.[e] Cum vero ad curationes accedis, ægrotantiũ naturam noſſe te in primis oportere non ignorabis: ſicut enim fieri neqt vt vnum & eundem calceũ ſutor cunctis accõmodet, ita nec vnam vitæ ſpeciem oĩbus vtilem medicus præſcribere poterit. Quapp non poſſum eos non demirari, qui nullo habito naturarẽ diſcrimine, de tuẽda valetudine præcepta cõſcripſerunt.[f] Nam arbitrari cõem quandam eſſe oĩum curationem, ſummæ eſt dementiæ: non enim hõ generatim, ſed ſpeciatim quiſq; hoĩum curatur: quo circà medico opus eſt, peculiarem cuiuſq; naturam pſcrutari, vt ppriam curationem cuiuis adhibeat. Qm̃ vero, pprietatem illam ad vnguem cognoſcere p difficilis & oĩum maximè ardua res eſt, iccircò, p viribus eniti debet, vt q̃tum hoĩ liceat, eò coniectura, pximè accedat: et ſummam hac in re adhibebit exercitationem & curam. Eqdem ſi peculiarem cuiuſuis naturam poſſe me ad vnguem pcipere ſperarem, ne Aeſculapium qdem ipſum mihi anteponi æquo aĩo ferrem. Illũ ergo cuiuſcũq; morbi optimum eſſe medicũ cenſeo, qui viam cõparauit aliq̃ & rõnem, qua naturas poſsit cognoſcere, & cõiectura aſſeq cuiuſq; ,ppria remedia.[g] Nec vero te lateat, cũ morbi aggrederis cuiuſq; curationem, naturã eam eſſe, quę morbos curat:[h] Medicum vero eſſe naturæ miniſtrum, & imitatorem:[i] Et na-

a G.7.metho. ca.2.
b G.6.de ſim. med.ca.1.
c G.2.partic. 6.epi. cõ.25.
d G. in lib. q̃ aĩ mor. corp. tẽp.ſeq.ca.9.
e G.2.de ſani. tuẽ.ca.11.
f G.5. met'i. ca.7.
g H.5.part 6 epi.tex.1.
h G.2 part.1. epi.cõ.45.
i G. 2.de cri. di.ca.2.

turam quidem omnibus sufficere, ac summa quadam prouidentia cunctis, pspicere.[a] Optimus igitur medicus imitari naturam debet, in his, quæ rectè ab ipsa fiunt:[b] Atq; ad eius motum animum semp intendere: eiq; ministrare atq; opitulari, cum ad congruentia loca inclinare videtur: cum vero materiam nocẽtem ad partes haud multum conuenientes dirigit, operæ pretium erit illius obsistere conatibus, & prauos eius motus materiã aliorsum ducendo, atq; auertendo compescere.[c] Verum si natura ipsa parcè moueat, quod in eius opere diminutum fuerit, medici opera compensandum erit.

a G.1.2 phor. cõ.1.
b G.cõ.21.
c G.1.aphi cõ. 2.&.20.&.5. aph. cõ.31.& 6.aph.cõ.17.

HABETIS IGITVR adolescentes medicum perfectum, & omnibus suis numeris & partibus absolutum; qualem nostra ætas fortassè vix vnum tulit. non illum quidem bonis tantum moribus ornatũ, sed cunctis etiam instructum ingenuis artibus, & scientijs: ac demum περὶ πάντων planè ἐπιστάμενον. Ad quem quò propius quisq; accesserit, eò se sciat clariorem & excellẽtiorem fore: neq; dedecori ei esse, si cum summum locum appetiuerit, in proximo consistat. Quòd si quis etiam talis euaserit, qualem descripsi, quod equidem prorsus desperandum non puto, is admirabilis planè erit: & summis laudibus, ac diuinis honoribus profectò dignus: quem etiam cum viris illustribus & heroibus conferre liceat.

ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

1551

SICCI